12 En consecuencia, continuó en Rodas bien a pesar suyo y sólo a duras penas consiguió, gracias a los ruegos de su madre, justificar su ausencia con el nombramiento de legado de Augusto, para ocultar que había caído en desgracia. Entonces ciertamente vivía, no ya como un simple particular, sino como un hombre culpable y acosado por el miedo, ocultándose en regiones apartadas del mar y evitando los agasajos de los que navegando pasaban por aquella isla y asiduamente acostumbraban a visitarlo, pues no había ningún general ni magistrado que al dirigirse a su provincia no hiciera escala en Rodas. No tardaron en producirse otros hechos que hicieron subir de punto sus inquietudes. En efecto, habiéndose trasladado a Samos para visitar a su hijastro Gayo,[1] a quien había sido confiado el gobierno de Oriente, comprobó que se había hecho aún más viva la antipatía que éste le profesaba, como consecuencia de las malévolas insinuaciones de M. Lolio,[2] su com-

[1] Gayo era hijo de Julia, que tuvo a Tiberio por tercer marido.

[2] Cónsul en el 21 a. C. Más tarde, como legado en Germania en el 9 d. C., sufrió una terrible derrota.

3 eius. Venit etiam in suspicionem per quosdam beneficii sui centuriones a commeatu castra repetentis mandata ad complures dedisse ambigua et quae temptare singulorum animos ad nouas res uiderentur. De qua suspicione certior ab Augusto factus non cessauit efflagitare aliquem cuiuslibet ordinis custodem factis atque dictis suis.

13 Equi quoque et armorum solitas exercitationes omisit redegitque se deposito patrio habitu ad pallium et crepidas atque in tali statu biennio fere permansit, contemptior in dies et inuisior, adeo ut imagines eius et statuas Nemausenses subuerterint ac, familiari quondam conuiuio mentione eius orta, extiterit qui Gaio polliceretur, confestim se, si iuberet, Rhodum nauigaturum caputque exulis
2 — sic enim appellabatur — relaturum. Quo praecipue non iam metu sed discrimine coactus est, tam suis quam matris inpensissimis precibus reditum expostulare, impetrauitque adiutus aliquantum etiam casu. Destinatum Augusto erat, nihil super ea re nisi ex uoluntate maioris fili statuere; is forte tunc M. Lollio offensior, facilis exorabilisque in uitricum fuit. Permittente ergo Gaio reuocatus est, uerum sub condicione ne quam partem curamue rei p(ublicae) attingeret.

---

13 **7/8** redegitque se deposito] redegit sedeq: posito *M* redegitque deposito *G* • **9** contemptior] contentior *MGR* • **10** Nemausenses Q^s *recc. Beroaldus* : remausenses (-sisses V) *cett. in quibus AB* • **11** mentione eius **b'** P^sAB : mentione *cett. ('forte rectius'Ihm)* • **14** tam **a'** *QAB* : quam *MGΠR*

pañero y mentor. Incurrió incluso en la sospecha de que, valién- 3
dose de algunos centuriones, promovidos por él a estos cargos, los cuales al expirar su permiso se reincorporaban a sus unidades, había hecho llegar a muchas personas órdenes ambiguas y que parecían tener por objeto sondear la disposición de ánimo de los destinatarios en vista a un golpe de estado. Informado por el propio Augusto de esta sospecha, no cesó de pedir insistentemente que se le asignara a alguien, perteneciente a cualquier clase social, para que pudiera dar fe de sus actos y de sus palabras.

Dejó incluso de practicar sus habituales ejercicios de equita- **13**
ción y de manejo de armas y, renunciando a vestir a la romana, se contentó con las alpargatas y el manto griego. Permaneció en esta situación cerca de dos años, de día en día más despreciado y odiado, hasta el punto que los habitantes de Nimes destruyeron sus efigies y estatuas, y que en ocasión de una comida íntima, como hubiera salido a colación su nombre, un comensal prometiera a Gayo que, si quería, partiría al punto para Rodas y le traería la
cabeza del desterrado — pues así era como le llamaban —. Por lo 2
cual se vio obligado, por el temor y por el peligro inminente, a pedir, con insistentes súplicas tanto suyas como de su madre, que le fuera permitido regresar a Roma. Coadyuvó también a ello la suerte. Augusto había decidido no tomar decisión alguna a este respecto sin contar con la aquiescencia de su hijo mayor.[1] Éste, que por aquel entonces estaba muy disgustado con M. Lolio, se dejó ablandar y convencer fácilmente por los ruegos de su padrastro. Con la venia, pues, de Gayo fue llamado de nuevo a Roma, pero con la condición de que se mantuviera alejado por completo de la vida pública.

---

1 Gayo César.

14 Rediit octauo post secessum anno, magna nec incerta spe futurorum, quam et ostentis et praedictionibus ab initio aetatis conceperat. Praegnans enim Liuia cum, an marem editura esset, uariis captaret ominibus, ouum incubanti gallinae subductum nunc sua nunc ministrarum manu per uices usque fouit, quoad pullus insigniter cristatus exclusus est. Ac de infante Scribonius mathematicus praeclara spopondit, etiam regnaturum quandoque, sed sine regio insigni, ignota scilicet tunc adhuc Caesarum potestate. Et ingresso primam expeditionem ac per Macedoniam ducente exercitum in Syriam, accidit ut apud Philippos sacratae olim uictricium legionum arae sponte subitis conlucerent ignibus; et mox, cum Illyricum petens iuxta Patauium adisset Geryonis oraculum, sorte tracta, qua monebatur ut de consultationibus in Aponi fontem talos aureos iaceret, euenit ut summum numerum iacti ab eo ostenderent; hodieque sub aqua uisuntur hi tali. Ante paucos uero quam reuocaretur dies aquila numquam antea Rhodi conspecta in culmine domus eius assedit; et pridie quam de reditu certior fieret, uestimenta mutanti tunica ardere uisa est. Thrasyllum quoque mathematicum, quem ut sapientiae professorem contubernio admouerat, tum maxime expertus est affirmantem naue prouisa gaudium afferri; cum quidem illum durius et contra praedicta cadentibus rebus ut falsum et secretorum temere conscium, eo ipso momento, dum spatiatur una, praecipitare in mare destinasset.

---

14 **3** enim *recc. edd.* : eum *codd. Bücheler* eo *Ihm ex coniectura Bentley* • **5** usque] usque eo *VLSA* usque adeo *POTB* • **8** ignota] ignoti MGV • **9** Macedoniam] Macedonia *M* • ducente *GQL²PTB* : ducentem *cett* • **13** qua] quam *M* • **20** tum] cum *Bentley*

14 Regresó después de una ausencia de ocho años, animado de una grande y firme esperanza en el futuro, esperanza que alimentaba desde su más tierna edad en virtud de prodigios y presagios. 2 En efecto, Livia, durante su embarazo, en su deseo de averiguar si daría a luz un varón, sustrajo un huevo a una clueca y lo calentó alternativamente unas veces con sus propias manos, otras con las de sus domésticas, hasta que por fin irrumpió del cascarón un polluelo con una hermosa cresta. Más aún, cuando era todavía un niño, el astrólogo Escribonio le presagió un brillante futuro y que llegaría un día en que sería rey, pero sin los atributos de la realeza; a pesar de que por aquel entonces no se tenía atisbo alguno del poder reservado a los césares. 3 Cuando emprendió su primera expedición militar y conducía a Siria su ejército a través de Macedonia, aconteció que junto a Filipos las aras erigidas antaño en torno de las legiones vencedoras se iluminaron, por propio impulso, con súbitas llamas, y algo más tarde, cuando camino de Iliria consultó cerca de Padua el oráculo de Gerión, sacó en suerte una cédula que le aconsejó que debía echar dados de oro en la fuente de Apono para saber lo que quería; sucedió entonces que los dados arrojados por él mostraron el número más alto; y todavía hoy en día pueden los visitantes ver estos dados. 4 Pocos días antes de ser autorizado para regresar a Roma, un águila — pájaro que nunca había sido visto antes en Rodas — se posó en el techo de su casa; y el día anterior a aquel en que tuvo noticia de su regreso le pareció, al cambiarse de ropa, que su túnica ardía. Entonces también pudo comprobar la clarividencia del astrólogo Trasilo, al que había adscrito a su séquito como profesor de filosofía, pues éste afirmó que una nave que se divisaba a lo lejos era portadora de buenas noticias y esto en el preciso momento en que Tiberio había decidido arrojarlo al mar mientras paseaban juntos por considerarle un farsante y haberle confiado imprudentemente muchos secretos, ya que todas las cosas le salían mal y al revés de lo que predecía.

15 Romam reuersus, deducto in forum filio Druso, statim e Carinis ac Pompeiana domo Esquilias in hortos Maecenatianos transmigrauit totumque se ad quietem contulit, priuata modo officia obiens
2 ac publicorum munerum expers. Gaio et Lucio intra triennium defunctis, adoptatur ab Augusto simul cum fratre eorum M. Agrippa, coactus prius ipse Germanicum fratris sui filium adoptare. Nec quicquam postea pro patre familias egit aut ius, quod amiserat, ex ulla parte retinuit. Nam neque donauit neque manumisit, ne hereditatem quidem aut legata percepit ulla aliter quam ut peculio referret accepta. Nihil ex eo tempore praetermissum est ad maiestatem eius augendam ac multo magis, postquam Agrippa abdicato atque seposito, certum erat uni spem successionis incumbere.

15 2 Esquilias] esqualias *M* • 4 munerum] numerum *MRS* • triennium] biennium *Glareanus (ex Aug., 65, 1)*

15 De regreso a Roma, acompañó a su hijo Druso[1] al foro, al iniciar éste su carrera política, e inmediatamente cambió de residencia trasladándose del barrio de las Carinas[2] y de la casa de Pompeyo al de las Esquilias y a los jardines de Mecenas, y se entregó al reposo más absoluto, atendiendo sólo a sus obligaciones particulares y manteniéndose completamente alejado de la vida pública. Mas, a la muerte de Gayo y Lucio,[3] acaecidas ambas en el 2 curso de los tres años siguientes, Augusto adoptó al hermano de éstos, M. Agripa y a Tiberio, pero no sin antes haber obligado a este último a adoptar a su vez a Germánico, hijo de su hermano.[4] A partir de este momento,[5] dejó de actuar como cabeza de familia y de ejercitar en ningún negocio el derecho que había perdido. En efecto, no hizo ninguna donación, no concedió la libertad a ningún esclavo, ni aceptó ninguna herencia ni legado, a no ser a título de peculio.[6] Mas, a partir de este momento, no desaprovechó ninguna oportunidad para acrecentar su prestigio, especialmente después que, a consecuencia de la destitución y confinamiento de Agripa,[7] era obvio que la esperanza de la sucesión recaía sólo en él.

---

1 Sobre la ceremonia de la presentación en el foro. Cf. Aug., 26, 2.

2 Este barrio se hallaba situado en el monte Esquilino, y era una de las zonas más elegantes de la antigua Roma. Corresponde actualmente al 'Colle de San Pietro in Vincoli'.

3 L. César murió en Marsella el año 2 d. C. y su hermano Gayo a principios del 4 d. C.

4 Druso. Cf. Claud., 1.

5 Al ser adoptado por Augusto quedaba sujeto a la *patria potestas* de éste.

6 Se designaba con el nombre de *peculium* los ahorros que los esclavos o los hijos podían poseer como bienes propios, aunque teóricamente pertenecían al dueño o padres respectivos.

7 Nieto de Augusto. Cf. Aug., 65, 3.

16 Data rursus potestas tribunicia in quinquennium, delegatus pacandae Germaniae status; Parthorum legati mandatis Augusto Romae redditis eum quoque adire in prouincia iussi. Sed nuntiata Illyrici defectione transiit ad curam noui belli, quod grauissimum omnium externorum bellorum post Punica, per quindecim legiones paremque auxiliorum copiam triennio gessit in magnis omnium
2 rerum difficultatibus summaque frugum inopia. Et quanquam saepius reuocaretur, tamen perseuerauit, metuens ne uicinus et praeualens hostis instaret ultro cedentibus. Ac perseuerantiae grande pretium tulit, toto Illyrico, quod inter Italiam regnumque Noricum et Thraciam et Macedoniam interque Danuuium flumen et sinum maris Hadriatici patet, perdomito et in dicionem redacto.

17 Cui gloriae amplior adhuc ex opportunitate cumulus accessit. Nam sub id fere tempus Quintilius Varus cum tribus legionibus in Germania periit, nemine dubitante quin uictores Germani iuncturi se Pannoniis fuerint, nisi debellatum prius Illyricum esset. Quas ob res triumphus ei decretus est multi⟨que⟩ et magni honores.
2 Censuerunt etiam quidam ut 'Pannonicus', alii ut 'Inuictus', nonnulli ut 'Pius' cognominaretur. Sed de cognomine intercessit Augustus,

---

16 1 quinquennium] decennium *Bergk (cf. Aug. 27, 5)* • 2 pacandae] pacandus *Casaubonus* • 3 iussi] iussisset *MG* • 4 ad] at *M* • 5 Punica **a'** *G²* : punicā *MG (a. corr.)* **b** • 6 paremque] patremque *M* • 9 ultro] **ultro *M* et ultro *coni. Ihm* • 11 Danuuium *Ihm* : danubium *codd.* • 11/12 sinum] sinu *M*

17 14 Quintilius ΠQT²*AB* : Quintillus (-tinus *T a. corr.) cett.* • 17 est multique *recc.* : est multi *codd. in quibus AB* et multi *Stephanus* (multi — honores *del. Bentley*)

De nuevo le fue conferida la potestad tribunicia [1] por cinco **16**
años y a renglón seguido fue enviado a poner paz en Germania; los embajadores de los partos, una vez que hubieron expuesto a Augusto en Roma los encargos de que eran portadores, recibieron orden de ir a ofrecer también sus respetos a Tiberio, en su provincia. Mas, conocida que fue la rebelión de la Iliria, se trasladó allí para asumir la dirección de aquella nueva guerra, la más encarnizada de todas las guerras contra países extranjeros, después de la de Cartago. La condujo a término con quince legiones y un número igual de tropas auxiliares en el espacio de tres años. Teniendo que hacer frente a dificultades de todo orden y a una terrible penuria de víveres. Y aunque en el ínterin no cesaban de 2
reclamar su presencia en Roma, perseveró en la lucha, temiendo que el enemigo, que le hostigaba de cerca y muy poderoso, no se lanzara en su persecución si voluntariamente se retiraba. Su perseverancia se vio ampliamente recompensada, pues sometió por completo y redujo a la obediencia a toda la Iliria, o sea el país situado por una parte entre Italia, el reino de Nórica, la Tracia y Macedonia y por otra entre el río Danubio y el golfo del mar Adriático.

Vino todavía a dar mayor pábulo a la gloria de Tiberio un **17**
hecho fortuito; en efecto, aproximadamente por esta misma época, Quintilio Varo sucumbió con tres legiones en Germania, y nadie puso en duda que los germanos vencedores se habrían unido a los de Panonia si no hubiera sido antes sojuzgada la Iliria. En recompensa de tales hazañas se le concedió una entrada triunfal y otros muchos y grandes honores. Algunos senadores propusieron 2
que se le otorgara el sobrenombre de Panónico; otros el de Invencible y algunos el de Piadoso. Mas Augusto vetó tales tí-

[1] En el 4 d. C.

eo contentum repromittens, quod se defuncto suscepturus esset. Triumphum ipse distulit, maesta ciuitate clade Variana; nihilo minus urbem praetextatus et laurea coronatus intrauit positumque in Saeptis tribunal senatu astante conscendit ac medius inter duos consules cum Augusto simul sedit; unde populo consalutato circum templa deductus est.

18 Proximo anno repetita Germania, cum animaduerteret Varianam cladem temeritate et neglegentia ducis accidisse, nihil non de consilii sententia egit; semper alias sui arbitrii contentusque se uno, tunc praeter consuetudinem cum compluribus de ratione belli communicauit. Curam quoque solito exactiorem praestitit. Traiecturus Rhenum commeatum omnem ad certam formulam adstrictum non ante transmisit, quam consistens apud ripam explorasset uehiculorum onera, ne qua deportarentur nisi concessa aut necessaria. 2 Trans Rhenum uero eum uitae ordinem tenuit, ut sedens in caespite nudo cibum caperet, saepe sine tentorio pernoctaret, praecepta sequentis diei omnia, et si quid subiti muneris iniungendum esset, per libellos daret; addita monitione ut, de quo quisque dubitaret, se nec alio interprete quacumque uel noctis hora uteretur.

---

4 senatu] in senatu *MG (a. corr.)* • **5** unde] inde M^2

18 **14** deportarentur] deponerentur ΠQA • **16** pernoctaret **b** *TB* : pernoctarit *cett.*

tulos, asegurando que Tiberio se daría por satisfecho con el que recibiría a su muerte. Tiberio, no obstante, difirió el triunfo a causa de la desolación que se había apoderado de la ciudad por la derrota de Varo. Entró, sin embargo, en Roma vistiendo la pretexta y ceñidas sus sienes con una corona de laurel, y subió a una tribuna que habían levantado en el vallado de las elecciones y se sentó con Augusto entre los dos cónsules, en tanto que los senadores permanecían de pie. Después de haber saludado al pueblo desde aquella tribuna, rindió visita a los templos seguido de numeroso cortejo.

18 Al año siguiente [1] regresó a Germania y, habiéndose percatado de que la derrota de Varo había ocurrido por la temeridad y negligencia de aquel general, no tomó nunca ninguna decisión sin consultar a su estado mayor. Él, que siempre había obrado según su propio parecer y se había bastado a sí mismo, cambió entonces de proceder y consultaba con muchos sobre los planes de campaña. Tomó también precauciones mucho mayores que las habituales. Cuando decidió atravesar el Rin, fijó primero la clase y peso de los bagajes y no autorizó su paso sino después de haber comprobado, apostado junto a la orilla, la carga de vehículos, para que sólo fueran transportados los artículos necesarios y autorizados. Una 2 vez al otro lado del Rin, adoptó el siguiente tenor de vida: comía sentado simplemente sobre el césped, pernoctaba con frecuencia al raso, daba por escrito todas las órdenes para el día siguiente, así como también todas las instrucciones de emergencia que era preciso transmitir, cuidando de advertir que si alguien dudaba sobre algún extremo, pidiera la correspondiente aclaración a él y a nadie más, a cualquier hora que fuese, incluso de la noche.

---

[1] En el 10 d. C.

19 Disciplinam acerrime exegit animaduersionum et ignominiarum generibus ex antiquitate repetitis atque etiam legato legionis, quod paucos milites cum liberto suo trans ripam uenatum misisset, ignominia notato. Proelia, quamuis minimum fortunae casibusque permitteret, aliquanto constantius inibat, quotiens lucubrante se subito ac nullo propellente decideret lumen et extingueretur, confidens, ut aiebat, ostento sibi ac maioribus suis in omni ducatu expertissimo. Sed re prospere gesta non multum afuit quin a Bructero quodam occideretur, cui inter proximos uersanti et trepidatione detecto tormentis expressa confessio est cogitati facinoris.

20 A Germania in urbem post biennium regressus triumphum, quem distulerat, egit prosequentibus etiam legatis, quibus triumphalia ornamenta impetrarat. Ac prius quam in Capitolium flecteret, descendit e curru seque praesidenti patri ad genua summisit. Batonem Pannonium ducem ingentibus donatum praemiis Rauennam transtulit, gratiam referens, quod se quondam cum exercitu iniquitate loci circumclusum passus esset euadere. Prandium dehinc populo mille mensis et congiarium trecenos nummos uiritim dedit. Dedicauit et Concordiae aedem, item Pollucis et Castoris suo fratrisque nomine de manubiis.

---

19 **6** et extingueretur] extingueretur *M* • **7** ac maioribus *ed. Ven. I Erasmus uulg.* : a maioribus *codd. Ihm dubitanter* • expertissimo] expertissummo (-ssumo *G*) *MG* expertisomno *LTB* • **8** a Bructero] ac Bructero *M*

20 **11** post biennium **a'** *AB* : post biennio *MG* **b** biennio post *proponit Ihm, cf. Aug., 26,2* • **17** passus esset *Stephanus uulg.* : passus est *codd.*

19 Impuso una rigurosísima disciplina exhumando del pasado diversos géneros de castigos y de afrentas. Degradó incluso al jefe de una legión, porque había mandado a unos soldados al otro lado del río a cazar en compañía de un liberto suyo. En cuanto a las batallas, si bien dejaba un margen muy escaso a la fortuna y al azar, no obstante las trababa animado de las mejores esperanzas siempre que, estando de vela, su lámpara se debilitaba y extinguía de súbito sin que nadie la tocara, confiando, como él decía, en aquel presagio experimentado muchas veces por él y por sus antepasados en todas sus campañas. Sin embargo, en una ocasión, después de haber conseguido la victoria, faltó poco para que pereciera a manos de un bructero.[1] Éste se había deslizado ya entre las personas del séquito de Tiberio, pero, traicionado por su nerviosismo, fue sometido a tortura y le arrancaron la confesión del crimen que proyectaba.

20 Después de haber pasado dos años en Germania, regresó a Roma, donde celebró el triunfo que había ido demorando. Le acompañaron también los generales a sus órdenes, para todos los cuales había recabado las insignias triunfales. Antes de dirigirse al Capitolio, bajó de su carroza y se arrodilló delante de su padre, que presidía la ceremonia. Señaló a Rávena como domicilio para Batón, uno de los jefes panonios, no sin antes haberle colmado de magníficos regalos, testimoniándole así su agradecimiento por haberle dejado escapar en una ocasión en que tanto él como su ejército habían quedado cercados en un desfiladero. Ofreció luego al pueblo un banquete servido en mil mesas y distribuyó un donativo de trescientos sestercios por cabeza. Dedicó además un templo a la Concordia y otro a Cástor y a Pólux, en nombre propio y de su hermano, con el dinero obtenido del botín.

---

[1] Los *bructeri* era una de las muchas tribus de la Germania.

21 Ac non multo post lege per consules lata, ut prouincias cum Augusto communiter administraret simulque censum ageret, condito lustro in Illyricum profectus est. Et statim ex itinere reuocatus iam quidem adfectum, sed tamen spirantem adhuc Augustum rep-
2 perit fuitque una secreto per totum diem. Scio uulgo persuasum quasi, egresso post secretum sermonem Tiberio, uox Augusti per cubicularios excepta sit: «Miserum populum R(omanum), qui sub tam lentis maxillis erit!». Ne illud quidem ignoro aliquos tradidisse, Augustum palam nec dissimulanter morum eius diritatem adeo improbasse, ut nonnumquam remissiores hilarioresque sermones superueniente eo abrumperet; sed expugnatum precibus uxoris adoptionem non abnuisse, uel etiam ambitione tractum, ut tali suc-
3 cessore desiderabilior ipse quandoque fieret. Adduci tamen nequeo quin existimem, circumspectissimum et prudentissimum principem in tanto praesertim negotio nihil temere fecisse; sed uitiis Tiberii uirtutibusque perpensis potiores duxisse uirtutes, praesertim cum et rei p(ublicae) causa adoptare se eum pro contione iurauerit et epistulis aliquot ut peritissimum rei militaris utque unicum P(opuli) R(omani) praesidium prosequatur. Ex quibus in exemplum pauca
4 hinc inde subieci. «Vale, iucundissime Tiberi, et feliciter rem gere, ἐμοὶ καὶ ταῖς Μούσαις στρατηγῶν. Iucundissime et ita sim felix, uir

---

21 **2** ageret *T recc.* : augeret *cett.* • **5** fuitque] fugitque *M* • **17** iurauerit] iurauerat *M* • **20** gere *M* : rege *cett.* • **21** ταῖς Μούσαις στρατηγῶν *uulg. (edd. Rom. II Ven. 1490)* : ΤΑΙΣΜΟΥΙCΑCΑΙCΤΕΤΡΑΤΗΓΩΝ *M et fere sic cett. (unde* ταῖς † μουιcαcαιcτ στρατ- *Ihm Ailloud)* ταῖς Μούσαις ἄριστα στρατ- *Casaubonus* ταῖς Μούσαις αἰεὶ στρατ- *Bentley* ταῖς μου ἴσα σαῖς τε στρατηγῶν *Roth et alii aliter*

Al cabo de poco tiempo, luego que los cónsules hubieron pro- **21**
mulgado una ley para que, de común acuerdo con Augusto, administrara las provincias y procediera a la confección del censo, ofreció el sacrificio expiatorio lustral y marchó a Iliria. Mas, fue llamado en seguida, cuando todavía se hallaba en camino y halló a Augusto muy abatido, pero aún vivo, y pasó un día entero en su
compañía y sin testigos a la vista. Me consta que es creencia muy 2
difundida entre el pueblo que, cuando Tiberio salía de la habitación, después de su plática secreta, los ayudas de cámara oyeron a Augusto que exclamaba: «¡Desventurado pueblo romano destinado a ser presa de unas mandíbulas tan lentas!». Tampoco ignoro que algunos autores cuentan que Augusto desaprobaba tan públicamente y sin fingimientos la índole cruel de Tiberio, que con frecuencia cortaba en seco a su llegada las conversaciones demasiado frívolas o joviales; pero, vencido por los ruegos de su mujer, se avino a adoptarle, o quizás contribuyó a tal decisión su propio afán de gloria, a fin de que con tal sucesor llegara un día en que
él mismo fuera echado de menos. No obstante, me cuesta trabajo 3
creer que aquel emperador tan circunspecto y prudente hubiera procedido con ligereza en cuestión de tanta monta. Creo más bien que, después de haber parangonado los vicios y las virtudes de Tiberio, consideró que prevalecían las últimas, tanto más cuanto no sólo declaró delante del pueblo bajo juramento que lo adoptaba para bien del estado, sino que también en varias de sus cartas lo encomió como hombre muy entendido en asuntos militares y como la única defensa del pueblo romano. De esta carta aduzco a continuación algunos pasajes tomados al azar a título de ejemplos.
«Adiós, mi querido Tiberio, que el éxito te acompañe conduciendo 4
los ejércitos para mí y para las Musas.[1] Consérvate bien, hombre

[1] El texto no es seguro, pero si se acepta la lección Μοῦσαις, que recogen las edd. Rom. II, Ven. I (1490), debe verse en esta palabra una alusión a las aficiones literarias de Tiberio.

5 fortissime et dux νομιμώτατε, uale». «Ordinem aestiuorum tuorum! ego uero, mi Tiberi, et inter tot rerum difficultates καὶ τοσαύτην ἀποθυμίαν τῶν στρατευομένων non potuisse quemquam prudentius gerere se quam tu gesseris, existimo. Ii quoque qui tecum fuerunt omnes confitentur, uersum illum in te posse dici:

Vnus homo nobis uigilando restituit rem.»

6 «Siue quid incidit de quo sit cogitandum diligentius, siue quid stomachor, ualde medius Fidius Tiberium meum desidero succurritque uersus ille Homericus:

Τούτου γ' ἐσπομένοιο καὶ ἐκ πυρὸς αἰθομένοιο
Ἄμφω νοστήσαιμεν, ἐπεὶ περίοιδε νοῆσαι.»

7 «Attenuatum te esse continuatione laborum cum audio et lego, di me perdant nisi cohorrescit corpus meum; teque oro ut parcas tibi, ne si te languere audierimus, et ego et mater tua expiremus et summa imperi sui populus R(omanus) periclitetur.» «Nihil interest ualeam ipse necne, si tu non ualebis.» «Deos obsecro, ut te nobis conseruent et ualere nunc et semper patiantur, si non p(opulum) R(omanum) perosi sunt.»

---

1 νομιμώτατε *uulg. (ed. Ven. II)* : NOMIMΩMATE *codd. (s. scr.* legitime *in VLS)* μονιμώτατε *Casaubonus* • ordinem — tuorum *nonnulli putant hic deesse uerbum* laudo *quod iam inseruit Stephanus infra post* mi Tiberi • **2** uero] uerso *coniecit Bücheler* • **2/3** ἀποθυμίαν *Salmasius* : ΑΠΟΘΥΜΕΙΑ *MLA* ΑΠΟΘΥΜΕΙΑΝ *uel* ΑΠΘ- *cett.* ῥαθυμίαν *uulg. edd. Rom.* • **4** ii *dett.* : hii *MLSQR* hi *cett.* • **8** stomachor ΠQL²STB : stomachorum *MGVL (a. corr. ?) PA* • ualde] uelde *M* • **10** γ'ἐσπομένοιο *edd. Rom.* : ΤΕCΠΜΕΝΟΙΟ *codd.* • **11** νοστήσαιμεν *ed. Rom. II* : NOCTHCAIΘΘMEN *M et similiter GVLS* • ἐπεὶ — νοῆσαι *ed. Rom. II* : ΕΠΙ — ΝΩΝCE [*uel* ΝΩΗCE] *codd.* • **12** di] dii *M²GQRL² STB* • **14/15** et summa] et de summa **b** *P²TAB*

valentísimo y general prudentísimo, y así seré yo feliz.» «¡Qué 5
excelente disposición la de tus campamentos de verano! En verdad, queridísimo Tiberio, en medio de circunstancias tan adversas y de una tan gran desmoralización de los soldados, estoy convencido de que no hubiera podido nadie proceder con más prudencia que tú has procedido. Además, todos los que han estado a tu lado reconocen que se te puede aplicar aquel famoso verso: [1]

Un solo hombre con su vigilancia ha salvado para nosotros la situación.»

«Cuando ocurre algo que exige de mi parte una cuidadosa re- 6
flexión, o cuando experimento alguna contrariedad, en verdad echo de menos a mi querido Tiberio y vienen a mi mente aquellos famosos versos de Homero: [2]

Si lo tuviera por compañero, ambos hallaríamos el camino de regreso incluso a través de las ardientes llamas, pues nadie le aventaja en astucia.»

«Que los dioses me confundan si, cuando oigo decir y leo que 7
estás extenuado por el incesante trabajo, no comienzo a temblar de pies a cabeza; te ruego que te cuides, pues tu madre y yo moriríamos de dolor si supiéramos que estás enfermo, y el pueblo romano vería amenazada su hegemonía.» «Importa poco que yo me encuentre bien o mal si tú no te encuentras bien.» «Ruego a los dioses que velen por ti para mi propio bien y que permitan, si no odian profundamente al pueblo romano, que te encuentres bien de salud ahora y siempre.»

---

1 Este verso figura en los Anales de Ennio (Cf. Vahlen I², 370), pero en dicho verso se lee *cunctando* en vez de *uigilando*, y va referido a Q. Fabio Máximo Cunctator. Augusto, pues, sustituye dicha palabra por otra que se adaptaba mejor al carácter de Tiberio.

2 HOM. Iliad. X, 246-7. Éstas son las palabras que dirige Diomedes a Ulises, a quien ha elegido como compañero para la famosa incursión nocturna a Troya.

22 Excessum Augusti non prius palam fecit, quam Agrippa iuuene interempto. Hunc tribunus militum custos appositus occidit lectis codicillis, quibus ut id faceret iubebatur; quos codicillos dubium fuit, Augustusne moriens reliquisset, quo materiam tumultus post se subduceret, an nomine Augusti Liuia et ea conscio Tiberio an ignaro dictasset. Tiberius renuntianti tribuno, factum esse quod imperasset, neque imperasse se et redditurum eum senatui rationem respondit, inuidiam scilicet in praesentia uitans. Nam mox silentio rem obliterauit.

23 Iure autem tribuniciae potestatis coacto senatu incohataque adlocutione, derepente uelut impar dolori congemuit, utque non solum uox sed et spiritus deficeret optauit ac perlegendum librum Druso filio tradidit. Inlatum deinde Augusti testamentum, non admissis signatoribus nisi senatorii ordinis, ceteris extra curiam signa agnoscentibus, recitauit per libertum. Testamenti initium fuit: «Quoniam atrox fortuna Gaium et Lucium filios mihi eripuit, Tiberius Caesar mihi ex parte dimidia et sextante heres esto». Quo et ipso aucta suspicio est opinantium successorem ascitum eum necessitate magis quam iudicio, quando ita praefari non abstinuerit.

---

22 **1** iuuene] iuuenem *M* • **7** redditurum] rediturum *MΠ*

23 **10** tribuniciae] tribunicia *M* • **12** sed et] sed *M* sed ut *TB* • **16** atrox] sinistra *ΠQR*^{a} *del. Bentley*

Tiberio no comunicó oficialmente la muerte de Augusto hasta **22**
que no fue eliminado el joven Agripa. A éste lo asesinó un tribuno militar destinado a su guardia, después que hubo leído un despacho oficial por el que se le ordenaba que tomara esta medida. No se supo nunca si este despacho oficial lo dejó Augusto al morir, para evitar aun después de su muerte un pretexto para la sedición, o si lo dictó Livia, con o sin la complicidad de Tiberio, en nombre de Augusto. En todo caso, cuando el tribuno comunicó a Tiberio que sus órdenes habían sido cumplidas, éste contestó que no había dado semejante orden y que por tanto debía dar cuenta al senado de su proceder; indudablemente pretendía eludir por el momento la indignación pública, pues luego procuró que no se hablara más de este crimen.

Convocó luego el senado en virtud de las atribuciones que con- **23**
fería la potestad tribunicia y empezó un discurso; pero de súbito, como si no pudiera soportar el dolor, rompió en sollozos y dijo que deseaba que le faltara la vida como le faltaba la voz, y entregó a su hijo Druso sus papeles para que terminara de leerlos. Luego hizo traer el testamento de Augusto [1] y, después de requerir la presencia de los signatarios que pertenecían al orden senatorial —a los restantes les hizo comprobar los sellos del testamento fuera de la curia—, encargó a un liberto que procediera a su lectura. El testamento empezaba así: «Puesto que la cruel fortuna me ha arrebatado a mis hijos, Gayo y Lucio, nombro heredero a Tiberio César por una mitad más un sexto». Estas palabras afianzan la creencia de muchos que opinan que el nombramiento de Tiberio como sucesor fue determinado más por necesidad que por gusto, ya que no se había abstenido de escribir un preámbulo de esta índole.

---

[1] Cf. Aug., 101, 2.

24 Principatum, quamuis neque occupare confestim neque agere dubitasset, et statione militum hoc est ui et specie dominationis assumpta, diu tamen recusauit, impudentissimo mimo nunc adhortantis amicos increpans ut ignaros, quanta belua esset imperium, nunc precantem senatum et procumbentem sibi ad genua ambiguis responsis et callida cunctatione suspendens, ut quidam patientiam rumperent atque unus in tumultu proclamaret «Aut agat aut desistat!» alter coram exprobraret ceteros, quod polliciti sint, tarde
2 praestare, sed ipsum, quod praestet, tarde polliceri. Tandem quasi coactus et querens miseram et onerosam iniungi sibi seruitutem, recepit imperium; nec tamen aliter, quam ut depositurum se quandoque spem faceret. Ipsius uerba sunt: «Dum ueniam ad id tempus, quo uobis aequum possit uideri dare uos aliquam senectuti meae requiem».

25 Cunctandi causa erat metus undique imminentium discriminum, ut saepe «lupum se auribus tenere» diceret. Nam et seruus Agrippae Clemens nomine non contemnendam manum in ultionem domini compararat et L. Scribonius Libo uir nobilis res nouas clam moliebatur et duplex seditio militum in Illyrico et in Germa-
2 nia exorta est. Flagitabant ambo exercitus multa extra ordinem,

---

24 **3** mimo *F. Gronovius* : animo *codd.* • **4** belua] bellua *MV (a. corr.) T* • **9** sed ΠQR²B : se et *O* set P^2 se *cett.* *deleuit Lipsius* • **11** recepit] recipit *LP Bentley*

25 **15** erat] erant *M (a. corr.)* • **18** compararat] comparat *MG* comparauerat *TB*

Aunque Tiberio estaba decidido a asumir la autoridad imperial 24
y a ejercerla, y, aunque había dispuesto a su alrededor una nutrida escolta de soldados que constituía el símbolo externo y efectivo del poder, rehusó no obstante largo tiempo el título, increpando con la más descarada hipocresía a los amigos que le instaban, diciéndoles que no sabían qué feroz monstruo era el poder. Y valiéndose de respuestas evasivas y con bien calculada vacilación mantenía en suspenso a los senadores que insistían y se arrodillaban a sus plantas, hasta el extremo que algunos perdieron la paciencia y uno, en medio de aquel tumulto, exclamó: «¡Que lo tome o lo deje!», y otro le reprochó en pleno rostro que «mientras los otros hombres se muestran remisos en cumplir sus promesas, él, en cambio, se demoraba en prometer lo que estaba ya haciendo». A la postre, 2
como coaccionado, lamentándose de la onerosa y triste servidumbre que se le imponía, aceptó el poder, pero a condición, sin embargo, de que pudiera abrigar la esperanza de que algún día le sería permitido librarse de él. Éstas son sus propias palabras: «En espera de que llegue a una edad en que juzguéis de justicia conceder algún descanso a mi vejez».

La causa de su vacilación no era otra que el miedo a los peli- 25
gros que le acechaban de todas partes y que le obligaban a decir con frecuencia que «sujetaba a un lobo por las orejas».[1] En efecto, un esclavo de Agripa,[2] llamado Clemente, había reunido un contingente de tropas no despreciable para vengar a su amo; por otra parte L. Escribonio Libón, miembro de la nobleza, preparaba clandestinamente un golpe de estado; y además los soldados se habían sublevado en dos regiones, en la Iliria y en la Germania. Reclamaban ambos ejércitos muchas concesiones insólitas y ante 2
todo que su sueldo fuera equiparado al de los pretorianos. Los

1 Proverbio griego. Cf. TER. Phorm. 506. 2 Cf. cap. 22.

ante omnia ut aequarentur stipendio praetorianis. Germaniciani quidem etiam principem detractabant non a se datum summaque ui Germanicum, qui tum iis praeerat, ad capessendam rem p(ublicam) urgebant, quamquam obfirmate resistentem. Quem maxime casum timens, partes sibi, quas senatui liberet, tuendas in re p(ublica) depoposcit, quando uniuersae sufficere solus nemo posset
3 nisi cum altero uel etiam cum pluribus. Simulauit et ualitudinem, quo aequiore animo Germanicus celerem successionem uel certe societatem principatus opperiretur. Compositis seditionibus Clementem quoque fraude deceptum redegit in potestatem. Libonem, ne quid in nouitate acerbius fieret, secundo demum anno in senatu coarguit, medio temporis spatio tantum cauere contentus; nam et inter pontifices sacrificanti simul pro secespita plumbeum cultrum subiciendum curauit et secretum petenti non nisi adhibito Druso filio dedit dextramque obambulantis ueluti incumbens, quoad perageretur sermo, continuit.

26 Verum liberatus metu ciuilem admodum inter initia ac paulo minus quam priuatum egit. Ex plurimis maximisque honoribus praeter paucos et modicos non recepit. Natalem suum plebeis in-

---

1/2 praetorianis. Germaniciani quidem *Stephanus* : praetoriani germaniciani quidam *MGVL* praetoriani germanicianis. Quidam **b'** *POAB* • **2** detractabant *MTB* : detrectabant *cett.*

26 19 non recepit] non ⟨ullum⟩ recepit *Polak*

ejércitos de Germania se negaban incluso a aceptar un emperador que no había sido elegido por ellos y apremiaban con el máximo empeño a Germánico,[1] que entonces era su general, a alzarse con el poder, cosa a que éste se negaba con entereza. Esta posibilidad era lo que más le preocupaba, por lo cual pidió que sólo le confiaran aquellas funciones en la administración del estado que pluguiera al senado, puesto que nadie podía solo desempeñarlas todas a la vez, si no era contando con la colaboración de uno o varios colegas. Fingió incluso estar enfermo, para que así Germánico[2] 3
esperara con más paciencia una pronta sucesión o por lo menos una participación en el poder. Apaciguadas las sediciones, logró también apoderarse, valiéndose de una estratagema, de Clemente y reducirlo a la obediencia. Por lo que se refiere a Libón, temiendo tomar medidas demasiado rigurosas cuando su poder no estaba aún consolidado, no lo acusó ante el senado hasta el año siguiente, limitándose entretanto a mantenerse en guardia; así, un día que, rodeado por los pontífices, ofrecía un sacrificio con él, hizo que le entregaran un cuchillo de plomo en vez del de ritual;[3] en otra ocasión, como aquél le hubiese pedido una entrevista a solas, se la concedió, pero a condición de que estuviese presente su hijo Druso y durante todo el tiempo que duró la conversación le tuvo sujeto del brazo derecho fingiendo apoyarse en él mientras paseaba.

Cuando se vio libre de preocupaciones, adoptó un tenor de **26**
vida en extremo modesto e inferior incluso al de un simple ciudadano. De entre muchos y grandes honores, no aceptó sino unos

---

1 Hijo de Druso y sobrino de Tiberio.

2 Germánico había sido adoptado por Tiberio como hijo. Cf. cap. 15, 2.

3 El cuchillo usado en los sacrificios era designado con el nombre de *secespita*. Tenía un doble filo y terminaba con una punta larga y aguda. Su empuñadura era de marfil con incrustaciones de oro y plata.

currentem circensibus uix unius bigae adiectione honorari passus est. Templa, flamines, sacerdotes decerni sibi prohibuit, etiam statuas atque imagines nisi permittente se poni, permisitque ea sola condicione, ne inter simulacra deorum sed inter ornamenta aedium
2 ponerentur. Intercessit et quo minus in acta sua iuraretur, et ne mensis September Tiberius, October Liuius uocarentur. Praenomen quoque 'imperatoris' cognomenque 'patris patriae' et ciuicam in uestibulo coronam recusauit; ac ne 'Augusti' quidem nomen, quanquam hereditarium, nullis nisi ad reges ac dynastas epistulis addidit. Nec amplius quam mox tres consulatus, unum paucis diebus, alterum tribus mensibus, tertium absens usque in Idus Maias gessit.

27 Adulationes adeo auersatus est, ut neminem senatorum aut officii aut negotii causa ad lecticam suam admiserit, consularem uero satisfacientem sibi ac per genua orare conantem ita suffugerit, ut caderet supinus; atque etiam, si quid in sermone uel in continua oratione blandius de se diceretur, non dubitaret interpellare ac reprehendere et commutare continuo. 'Dominus' appellatus a quodam denuntiauit, ne se amplius contumeliae causa nominaret.

---

9 hereditarium] hereditarū *M (a. corr.)* Π • nullis] nullus *M* ullis *ed. Rom. I et plerique edd.* • **10** mox] omnino **b** • **11** in idus : in ⟨VII⟩ idus *Graevius ex inscriptione Nolana, C.I.L. X, 1233*

27 **13** auersatus] aduersatus *MG (a. corr.)* **b'** *AB* uersatus *V*

pocos y aun éstos poco llamativos. Como quiera que su cumpleaños coincidiera con la celebración en el circo de los juegos plebeyos,[1] sólo a duras penas consintió que lo celebraran haciendo correr en su honor una biga más. Prohibió que le asignasen templos, flámenes y sacerdotes y que se le erigiesen estatuas y bustos sin su autorización y, cuando lo permitía era sólo a condición de que no fueran colocadas entre las imágenes de los dioses, sino entre los elementos ornamentales de los templos. Se opuso a que prestaran 2
el juramento[2] de ratificar sus actos y a que el mes de septiembre fuera llamado Tiberio y el de octubre Livia. Rehusó también el prenombre de *Imperator* y el sobrenombre de Padre de la Patria, y una corona cívica en el vestíbulo de su casa; y no añadió ni siquiera el título de Augusto, que le pertenecía por herencia, a ninguna de sus cartas salvo las dirigidas a los reyes y a los monarcas. No asumió con posterioridad a su nombramiento más que tres consulados,[3] el primero por pocos días, el segundo por tres meses y el tercero, ausente de Roma, hasta los idus de mayo.

Detestaba tanto las adulaciones, que no consintió nunca que 27
ningún senador caminara junto a su litera ni para ofrecerle sus respetos ni para tratar de ningún asunto, e incluso, en una ocasión en que un ex cónsul le presentaba sus excusas e intentaba suplicarle abrazándole las rodillas, se echó para atrás con tanta violencia que cayó de espaldas; más aún, si en una conversación privada o en un discurso oficial alguno hablaba de él en términos demasiado halagadores, no vacilaba en interrumpirle, reprenderle y rectificarle inmediatamente. Como alguien en una ocasión le

1 Estos juegos se celebraban del cuatro al diecisiete de noviembre. Tiberio había nacido el dieciséis de dicho mes.

2 Alusión al juramento que prestaban los ciudadanos de dar por bueno todo lo que el emperador había hecho en el pasado y podía hacer en el futuro.

3 En los años 18, 21 y 31.

Alium dicentem 'sacras' eius occupationes et rursus alium 'auctore eo' senatum se adisse, uerba mutare et pro auctore 'suasorem', pro sacris 'laboriosas' dicere coegit.

28 Sed et aduersus conuicia malosque rumores et famosa de se ac suis carmina firmus ac patiens subinde iactabat in ciuitate libera linguam mentemque liberas esse debere; et quondam senatu cognitionem de eius modi criminibus ac reis flagitante: «Non tantum», inquit, «otii habemus, ut implicare nos pluribus negotiis debeamus; si hanc fenestram aperueritis, nihil aliud agi sinetis: omnium inimicitiae hoc praetexto ad uos deferentur». Extat et sermo eius in senatu perciuilis: «Siquidem locutus aliter fuerit, dabo operam ut rationem factorum meorum dictorumque reddam; si perseuerauerit, in uicem eum odero».

29 Atque haec eo notabiliora erant, quod ipse in appellandis uenerandisque et singulis et uniuersis prope excesserat humanitatis modum. Dissentiens in curia a Q. Haterio: «Ignoscas», inquit, «rogo, si quid aduersus te liberius sicut senator dixero». Et deinde omnis adloquens: «Dixi et nunc et saepe alias, p(atres) c(onscripti), bonum et salutarem principem, quem uos tanta et tam libera po-

---

28 **2** se adisse *recc. edd. pr. Rom.* : se audisse *codd.* statuisse *Mommsen* **6** senatu] senatum *MG* • **7** flagitante] flagitantem *M* flagitatam *G* • **10** uos] nos *recc. edd. pr. Rom.* • **11** aliter] alter *recc. Madvig*

llamara señor,[1] le advirtió que dejara de dirigirse a él en términos insultantes. A uno que hablaba de 'sus sagradas ocupaciones' y a otro que dijo que había comparecido ante el senado 'por orden suya', les obligó a ambos a retirar estas expresiones y a sustituir las palabras 'sagradas' por 'laboriosas' y 'orden' por 'consejo'.

28 Firme e imperturbable frente a las injurias, calumnias y los versos injuriosos contra él y los suyos, decía una y otra vez que la palabra y el pensamiento deben ser libres en una ciudad libre; y, en una ocasión en que el senado reclamaba con insistencia que se abriera expediente contra tales delitos y contra sus autores, dijo: «No andamos tan sobrantes de tiempo como para sentirnos obligados a ensarzarnos en más asuntos; si abrís esta puerta, no podréis ya hacer otra cosa. Con este pretexto todos los rencores personales hallarán acceso hasta vosotros». Perdura todavía el recuerdo de una observación en extremo moderada hecha por él en el senado: «Si alguien me critica, procuraré explicarle la razón de mis palabras y de mi proceder; si persevera, le odiaré».

29 Esta conducta era tanto más sorprendente cuanto él, por su parte, rebasaba casi los límites de la cortesía en la forma como se dirigía y en el respeto con que trataba a todos en general y a cada uno en particular. En una ocasión en que disentía en el senado de la opinión de Q. Haterio, dijo: «Te ruego que me disculpes, si en mi calidad de senador me he expresado respecto a ti con excesiva libertad». Y luego, dirigiéndose a todos, añadió: «Digo ahora y he dicho otras muchas veces, padres conscriptos, que el príncipe que es bueno y prudente y que está investido por vosotros de un poder tan grande y absoluto, debe estar siempre al servicio

[1] Cf. Aug., 53, 1.

testate instruxistis, senatui seruire debere et uniuersis ciuibus saepe et plerumque etiam singulis; neque id dixisse me paenitet, et bonos et aequos et fauentes uos habui dominos et adhuc habeo».

30 Quin etiam speciem libertatis quandam induxit conseruatis senatui ac magistratibus et maiestate pristina et potestate. Neque tam paruum quicquam neque tam magnum publici priuatique negotii fuit, de quo non ad patres conscriptos referretur: de uectigalibus ac monopoliis, de extruendis reficiendisue operibus, etiam de legendo uel exauctorando milite ac legionum et auxiliorum discriptione, denique quibus imperium prorogari aut extraordinaria bella mandari, quid et qua forma regum litteris rescribi placeret. Praefectum alae de ui et rapinis reum causam in senatu dicere coegit. Numquam curiam nisi solus intrauit; lectica quondam intro latus aeger comites a se remouit.

31 Quaedam aduersus sententiam suam decerni ne questus quidem est. Negante eo destinatos magistratus abesse oportere, ut praesentes honori adquiescerent, praetor designatus liberam legationem impetrauit. Iterum censente, ut Trebianis legatam in opus noui theatri pecuniam ad munitionem uiae transferre concederetur, op-

---

29 **1/2** ciuibus saepe *plerique edd. in quibus Ihm* : ciuibus, saepe *sic distinguunt Torrentius Bentley Ailloud*

30 **4** libertatis] ubertatis *MG (a. corr.) L^2P^2* • **9/10** discriptione *M* : descriptione *cett.* • **11** et qua forma *ed. Basiliensis 1533* : et quam formam *codd.* ad quam formam *recentiores* et ad quam formam *Casaubonus* et quam ad formam *Bentley* • regum *recc. (ed. Ven. 1)* : legum *codd.* • **12** senatu] senatum *MG* **b**

31 **16** Negante] rogante *Bentley* • abesse *recc.* : adesse *codd. Bentley* • **18** impetrauit] imperauit *MV*

del senado, y con frecuencia al de todos los ciudadanos y a veces al de cada uno de ellos en particular. Y no me arrepiento de mis palabras, pues considero que he tenido siempre en vosotros y tengo todavía ahora unos dueños buenos, justos y propicios».

Más aún, restableció una cierta apariencia de libertad, para lo **30** cual conservó el antiguo prestigio y las atribuciones del senado y de los magistrados y no hubo ningún asunto público o privado, por importante o insignificante que fuere, sobre el cual no pidiera el parecer a los padres conscriptos: les consultaba, en efecto, sobre los impuestos y monopolios, sobre las construcciones y reparaciones de los edificios públicos, sobre el reclutamiento y el licenciamiento de los soldados, sobre el acantonamiento de las legiones y tropas auxiliares, finalmente, sobre a quiénes debía prorrogarse el mando militar o confiárseles guerras imprevistas y sobre lo que debía contestar a las cartas de los reyes y en qué forma. Obligó a defenderse delante del senado a un comandante de un escuadrón de caballería acusado de actos de violencia y robo. Entraba siempre solo en la curia, y una vez que, por estar enfermo, se hizo conducir a su interior en litera, ordenó a su escolta que se retirara.

Se tomaron algunos acuerdos contra su parecer sin que se que- **31** jara por ello. A pesar de que había declarado que los que habían sido elegidos para una magistratura no debían ausentarse de Roma, para estar así a la disposición de su cargo, un pretor electo fue autorizado a viajar por el extranjero con los honores de un embajador.[1] En otra ocasión, propuso que los habitantes de Trebia pudiesen emplear para la construcción de una calzada una cantidad

[1] Se entiende por *libera legatio* la autorización que se daba a un magistrado, que se trasladaba a alguna provincia para asuntos personales, a hacer uso de los privilegios de embajador, entre ellos poder utilizar la posta oficial.

tinere non potuit quin rata uoluntas legatoris esset. Cum senatus consultum per discessionem forte fieret, transeuntem eum in alte-
2 ram partem, in qua pauciores erant, secutus est nemo. Cetera quoque non nisi per magistratus et iure ordinario agebantur, tanta consulum auctoritate, ut legati ex Africa adierint eos querentes trahi se a Caesare ad quem missi forent. Nec mirum, cum palam esset, ipsum quoque eisdem et assurgere et decedere uia.

32 Corripuit consulares exercitibus praepositos, quod non de rebus gestis senatui scriberent quodque de tribuendis quibusdam militaribus donis ad se referrent, quasi non omnium tribuendorum ipsi ius haberent. Praetorem conlaudauit, quod honore inito consuetudinem antiquam ret⟨t⟩ulisset de maioribus suis pro contione memorandi. Quorundam illustrium exequias usque ad rogum frequen-
guientes: como resultaba muy caro el precio del ganado que debía adquirirse para alimentar a las fieras destinadas a los espectáculos, redactó una lista en la que figuraban los condenados que debían servir de pasto a las fieras; y en una ocasión en que giraba una visita de inspección a las distintas cárceles, se situó en medio del pórtico y sin consultar los antecedentes de los detenidos, ordenó que se colocaran en fila y acto seguido dispuso que fueran llevados a las fieras desde el primero de la fila hasta el último.[1] Obligó a un 2
ciudadano que había hecho el voto de combatir como gladiador, si se restablecía Calígula de una enfermedad, a que cumpliera su promesa y quiso presenciar cómo combatía espada en mano y no le consintió que se retirara hasta después de haber vencido a su contrincante, y aun entonces se hizo rogar mucho. Como se perca-

[1] Las palabras de Calígula que reproduce Suetonio fueron: «De calvo a calvo». Probablemente Calígula observó que el primero y el último de la fila eran calvos y usó de esta frase para indicar que debían ser arrojados a las fieras todos ellos. Esta expresión se convirtió en proverbial.

qui se periturum ea de causa uouerat, cunctantem pueris tradidit, uerbenatum infulatumque uotum reposcentes per uicos agerent,
3 quoad praecipitaretur ex aggere. Multos honesti ordinis deformatos prius stigmatum notis ad metalla et munitiones uiarum aut ad bestias condemnauit aut bestiarum more quadripedes cauea coer- 5
cuit aut medios serra dissecuit, nec omnes grauibus ex causis, uerum male de munere suo opinatos, uel quod numquam per ge-
4 nium suum deierassent. Parentes supplicio filiorum interesse cogebat; quorum uni ualitudinem excusanti lecticam misit, alium a spectaculo poenae epulis statim adhibuit atque omni comitate ad 10
hilaritatem et iocos prouocauit. Curatorem munerum ac uenationum per continuos dies in conspectu suo catenis uerberatum non prius occidit quam offensus putrefacti cerebri odore. Atellanae poetam ob ambigui ioci uersiculum media amphitheatri harena igni cremauit. Equitem R(omanum) obiectum feris, cum se inno- 15
centem proclamasset, reduxit abscisaque lingua rursus induxit.

28 Reuocatum quendam a uetere exilio sciscitatus, quidnam ibi facere consuesset, respondente eo per adulationem: «Deos semper oraui ut, quod euenit, periret Tiberius et tu imperares», opinans

---

1/2 tradidit uerbenatum infulatumque : tradidit ut — infulatumque *N (Polak)* tradidit uerbenatum infulatumque ⟨qui⟩ *Beroaldus uulg.* • **2** uerbenatum M^1G : ubenatum *M (a. corr.)* uerberatum (uer- *om.* Π *a. corr. Q*) **a b** *AB* • **8** deierassent (degerasset *T*) **b'** P^1O^1AB : delerassent *M* delirassent *GL P(a. corr.) O(a. corr.)* • **13** Atellanae *ed. Bonon. 1488* : atallaniae *M* **b** Tallaniae *G* atellaniae *cett.* • **14** ioci M^2 : loci *codd.* • **15** igni] igne **a**

tara que otro, que había ofrecido también su vida por la misma causa, se retrasaba, lo entregó a la chiquillería, coronado de hierbas sagradas y de ínfulas, para que le azuzaran por los distintos barrios y le exigieran el cumplimiento de la promesa, y acabaron por despeñarlo desde lo alto de la roca ⟨Tarpeya⟩. Hizo marcar con 3
hierro candente a muchos ciudadanos de honorable condición y los condenó luego a las minas, a la construcción de carreteras o a ser entregados a las fieras; a algunos incluso los encerró en jaulas, como si fueran alimañas, en las que debían moverse a gatas o los hacía partir por la mitad con una sierra. Y no a todos los que imponía estos castigos era por causas graves, sino simplemente por haber censurado alguno de los espectáculos que había ofrecido, o porque nunca hubiese prestado juramento invocando a su genio. Obligaba a los padres a presenciar la ejecución de sus hijos, y en 4
una ocasión en que un padre excusó su asistencia alegando que estaba enfermo, le envió su propia litera; otra vez, sentó a su propia mesa a un padre que acababa de ser testigo de tan atroz espectáculo y le excitó con toda clase de chistes a reírse y a regocijarse. Hizo flagelar con cadenas y durante varios días a un intendente de los juegos y cacerías ⟨del circo⟩ y no dio orden de matarlo hasta que le resultó insoportable el hedor de su cerebro putrefacto. Hizo quemar en medio de la arena del anfiteatro a un autor de atelanas por un simple verso de doble sentido. Dio la orden de que cortaran la lengua a un caballero romano que, al ser arrojado a las fieras, gritaba que era inocente, y dispuso luego que volvieran a echarlo a la arena.

28 Se le ocurrió una vez preguntar a un ciudadano, llamado por él a Roma después de un largo destierro, qué era lo que acostumbraba a hacer en el exilio. El interpelado, para adularle, contestó: «Pedía siempre a los dioses que, tal como ha sucedido, quitaran la

sibi quoque exules suos mortem imprecari, misit circum insulas, qui uniuersos contrucidarent. Cum discerpi senatorem concupisset, subornauit qui ingredientem curiam repente hostem publicum appellantes inuaderent, graphisque confossum lacerandum ceteris traderent; nec ante satiatus est quam membra et artus et uiscera hominis tracta per uicos atque ante se congesta uidisset.

29 Immanissima facta augebat atrocitate uerborum. Nihil magis in natura sua laudare se ac probare dicebat quam, ut ipsius uerbo utar, ἀδιατρεψίαν hoc est inuerecundiam. Monenti Antoniae auiae, tamquam parum esset non oboedire: «Memento», ait, «omnia mihi et ⟨in⟩ omnis licere». Trucidaturus fratrem, quem metu uenenorum praemuniri medicamentis suspicabatur: «Antidotum», inquit, «aduersus Caesarem?». Relegatis sororibus non solum insulas ha-
2 bere se, sed etiam gladios minabatur. Praetorium uirum ex secessu Anticyrae, quam ualitudinis causa petierat, propagari sibi commeatum saepius desiderantem cum mandasset interimi, adiecit necessariam esse sanguinis missionem, cui tam diu non prodesset

---

29 9 ἀδιατρεψίαν *ed. Rom. II* : ΑΔΙΑΤΡΕΦΙΑΝ *M et sim. om. codd.* • hoc est inuerecundiam *delevit Egnatius* • **11** et in omnis] et in omnes *recc.* et hominis *M* **a** ΠRAB et ominis *Q(a. corr.)* et dominis Q^2 edominis *G* in omnes *recc. (ed. Bon. 1488)* • **15** propagari] prorogari *recc.* • **16** interimi] interemi *M (a. corr.)* Π *(a. corr.) Q (cf. Nero 37, 1)*

vida a Tiberio y te concedieran a ti el poder». Persuadido por estas palabras que aquellos a quienes había desterrado imploraban también su muerte, mandó sicarios por todas las islas para que no dejaran ni a uno solo con vida. Deseando en otra ocasión que un senador fuere linchado, sobornó a algunos senadores para que al entrar en la curia se lanzasen contra él gritando que era un enemigo de la patria, le acribillaran con sus estiletes y lo entregaran a los otros senadores para que lo despedazaran; y no se dio por satisfecho hasta que vio los miembros y las entrañas de aquel hombre arrojados a sus pies después de haber sido arrastrados por las calles.

29 La brutalidad de sus palabras hacía aún más odiosa la crueldad de sus acciones. No se recataba en decir que nada le agradaba y complacía tanto de su manera de ser como su ἀδιατρεφίαν, — ésta era exactamente la palabra que empleaba —, o sea su desfachatez. En una ocasión en que su abuela Antonia le reconvenía, como si no fuera ya bastante desobedecerla, le dijo: «Recuerda que me está permitido todo y contra todos». Pocos momentos antes de dar la orden de asesinar a su hermano Tiberio,[1] de quien sospechaba que por miedo de que le envenenaran tomaba para prevenirse contravenenos, exclamó: «¿Se ha atrevido a tomar antídotos contra el césar?». Después de haber desterrado a sus hermanas las amenazaba escribiéndoles que disponía no sólo de islas, sino que también de espadas. Un ex pretor se había retirado por 2 motivos de salud a Anticira y desde su retiro le pedía con insistencia una y otra vez que le prorrogara su licencia, pero Calígula, por toda respuesta, ordenó que lo mataran, añadiendo que un hombre a quien una cura tan prolongada de eléboro[2] no le ponía bueno,

1 Cf. cap. 15, 2.

2 El eléboro se producía en Anticira, ciudad de la Fócida en Grecia, y era considerado como un remedio eficaz para curar la locura.

elleborum. Decimo quoque die numerum puniendorum ex custodia subscribens, rationem se purgare dicebat. Gallis Graecisque aliquot uno tempore condemnatis gloriabatur Gallograeciam se subegisse.

30 Non temere in quemquam nisi crebris et minutis ictibus animaduerti passus est, perpetuo notoque iam praecepto: «Ita feri ut se mori sentiat». Punito per errorem nominis alio quam quem destinauerat, ipsum quoque paria meruisse dixit. Tragicum illud subinde iactabat:

Oderint, dum metuant.

2 Saepe in cunctos pariter senatores ut Seiani clientis, ut matris ac fratrum suorum delatores, inuectus est prolatis libellis, quos crematos simulauerat, defensaque Tiberi saeuitia quasi necessaria, cum tot criminantibus credendum esset. Equestrem ordinem ut scaenae harenaeque deuotum assidue proscidit. Infensus turbae fauenti aduersus studium suum exclamauit: «Vtinam p(opulus) R(omanus) unam ceruicem haberet!». Cumque Tetrinius latro pos-
3 tularetur, et qui postularent, Tetrinios esse ait. Retiari tunicati

---

30 5 feri M^2 *LPSA* : fieri *M (a. corr.) et cett.*

necesitaba una sangría. Cada diez días, al firmar la lista de los encarcelados que debían ejecutarse, decía que reducía sus gastos. En una ocasión condenó a muerte a la vez a varios galos y griegos y jactándose de ello dijo que había sojuzgado a la Galogrecia.[1]

No consentía que se ejecutara a nadie aprisa, sino sólo a puña- 30
ladas repetidas y leves, siendo sus órdenes a este respecto siempre las mismas y bien conocidas por todos: «Hiérele de tal manera que se dé cuenta que muere». En una ocasión que por un error de nombre fue ejecutada una persona distinta de la que había dispuesto, dijo simplemente que también aquél merecía morir. Gustaba repetir con frecuencia este verso de una tragedia: [2]

¡Que me odien mientras me teman!

A menudo se desataba en improperios contra todos los senadores 2
a la vez echándoles en cara haber sido clientes de Sejano y delatores de su madre y de sus hermanos, y les mostraba los memoriales que había fingido arrojar a las llamas [3] y disculpaba la crueldad de Tiberio considerándola como necesaria, puesto que no le quedaba más remedio que dar crédito a un tan gran número de acusadores. Fustigó reiteradas veces al estamento ecuestre por su excesiva afición a las representaciones teatrales y a la arena. En una ocasión, irritado contra la plebe porque jaleaba a contendientes que no eran de su agrado, exclamó: «¡Ojalá el pueblo romano tuviera una sola cerviz!». En otra ocasión en que el pueblo romano le pedía que hiciera descender a la arena a un salteador llamado Tetrinio dijo: «Los que piden esto son otros tantos 'Tetrinios'». Una vez cinco reciarios [4] vestidos únicamente con la 3

1 Se trata de Galacia, región del Asia Menor, convertida por Augusto en provincia el año 25 d. C.

2 Cf. Accio Trag., v. 203 (ed. Ribbeck). Véase además Tib., 25, 2.

3 Cf. cap. 15, 4.

4 Los reciarios eran gladiadores equipados con un tridente y una red.

quinque numero gregatim dimicantes sine certamine ullo totidem secutoribus succubuerant; cum occidi iuberentur, unus resumpta fuscina omnes uictores interemit: hanc ut crudelissimam caedem et defleuit edicto et eos, qui spectare sustinuissent, execratus est.

31 Queri etiam palam de condicione temporum suorum solebat, quod nullis calamitatibus publicis insignirentur; Augusti principatum clade Variana, Tiberi ruina spectaculorum apud Fidenas memorabilem factum, suo obliuionem imminere prosperitate rerum; atque identidem exercituum caedes, famem, pestilentiam, incendia, hiatum aliquem terrae optabat.

32 Animum quoque remittenti ludoque et epulis dedito eadem factorum dictorumque saeuitia aderat. Saepe in conspectu prandentis uel comisantis seriae quaestiones per tormenta habebantur, miles decollandi artifex quibuscumque e custodia capita amputabat. Puteolis dedicatione pontis, quem excogitatum ab eo significauimus, cum multos e litore inuitasset ad se, repente omnis praecipitauit,

---

2 unus] unius *MLPOSA* • **4** edicto et eos] et eos edicto **a** *AB*

31 **7/8** memorabilem] memorabile **b** *PTB* • **8** suo] sui *PSTB* • **9** exercituum] exercitus *M* exercitū *G* exercitibus *Bentley*

32 **13** miles] et miles *Ruhnken* • **16** repente] ponte ΠQ e ponte *dett.* repente e ponte *Casaubonus*

túnica se habían dejado vencer combatiendo en grupo, sin oponer resistencia, por otros tantos gladiadores [1] y, como el pueblo romano exigiera su muerte, uno de ellos, empuñando de nuevo el tridente, acabó con todos los vencedores; pero Calígula, por medio de un edicto, se lamentó de aquella matanza calificándola de abominable y colmó de improperios a todos los que habían tenido valor para presenciarla.

31 Se le oyó también muchas veces quejarse en público de la condición de su época porque no había sobresalido a causa de ninguna calamidad nacional. Afirmaba que el reinado de Augusto se había hecho célebre por la derrota de Varo,[2] y el de Tiberio por el hundimiento del anfiteatro de Fidena,[3] el suyo en cambio se veía amenazado del olvido a causa de la prosperidad general; y continuamente hacía votos para que sobreviniera una sangrienta derrota de sus ejércitos, hambre, peste, incendios o alguna hendidura de tierra.

32 Cuando relajaba su ánimo para entregarse a alguna diversión o a los placeres de la mesa, no por ello remitía su crueldad, así en el hablar como en el actuar. Con frecuencia comía o se refocilaba presenciando la instrucción de graves procesos con la correspondiente aplicación de la tortura, y también a veces un soldado, experto en el arte de decapitar, cercenaba de un tajo la cabeza a todos los prisioneros que le enviaban de la cárcel. En Putéolos, durante la inauguración del puente por él ideado y del que ya hemos hablado,[4] invitó a que se reunieran con él muchos curiosos

1 En el texto se lee *secutores*. Éstos eran gladiadores armados de yelmo, escudo y espada que combatían contra los reciarios. Se deduce del contexto que Calígula era partidario acérrimo de los *secutores*.

2 Cf. Aug., 23, 1-2.

3 Cf. Tib., 40.

4 Cf. cap. 19.

quosdam gubernacula apprehendentes contis remisque detrusit in
2 mare. Romae publico epulo seruum ob detractam lectis argenteam laminam carnifici confestim tradidit, ut manibus abscisis atque ante pectus e collo pendentibus, praecedente titulo qui causam poenae indicaret, per coetus epulantium circumduceretur. Murmillonem e ludo rudibus secum battuentem et sponte prostratum con-
3 fodit ferrea sica ac more uictorum cum palma discucurrit. Admota altaribus uictima succinctus poparum habitu elato alte malleo cultrarium mactauit. Lautiore conuiuio effusus subito in cachinnos, consulibus, qui iuxta cubabant, quidnam rideret blande quaerentibus: «Quid», inquit, «nisi uno meo nutu iugulari utrumque uestrum statim posse?»

33 Inter uarios iocos, cum assistens simulacro Iouis Apellen tragoedum consuluisset uter illi maior uideretur, cunctantem flagellis discidit conlaudans subinde uocem deprecantis quasi etiam in gemitu praedulcem. Quotiens uxoris uel amiculae collum exoscularetur, addebat: «Tam bona ceruix simul ac iussero demetur» Quin et subinde iactabat exquisiturum se uel fidiculis de Caesonia sua, cur eam tanto opere diligeret.

---

3 tradidit] tradit *MLPOS* • **8** poparum] pomparum **a** Π*RABG*[3]
33 **13** Apellen *H* : appellent *M* appellem *cett.* Apellem *uulg.* • **14** consuluisset] consuluisse *M* • **17** demetur] demetetur *Reinesius (Graevius)*

apostados en la playa y, cuando más desprevenidos estaban, ordenó que los arrojaran de cabeza al mar y que rechazaran a golpes de remos y pértigas a los que se habían agarrado a los timones. En Roma, durante un banquete público, puso sin más en manos 2
del verdugo a un esclavo que había robado una incrustación de plata de un sofá, para que le cortara las manos y se las colgara del cuello, de forma que cayeran sobre su pecho, y lo paseasen delante de los invitados precedido de un rótulo que explicaba la razón del castigo. Se ejercitaba un día a la esgrima con armas de madera con un entrenador de la escuela de gladiadores, y como éste se dejara caer voluntariamente al suelo, al punto Calígula le traspasó con un puñal y dio la vuelta al ruedo con una palma en la mano a la usanza de los vencedores. En otra ocasión en que 3
había sido llevada una víctima junto a los altares, se arremangó la túnica a la manera de los matarifes y blandiendo en alto la maza la abatió sobre el victimario, al que dejó sin vida. Durante un suntuoso banquete prorrumpió de súbito en grandes carcajadas y, como los cónsules que estaban a su lado le preguntasen respetuosamente de qué se reía, replicó: «¿De qué, sino de que podría, con una simple señal mía, haceros degollar al instante a ambos?».

Mencionaremos algunas de sus bromas. Se colocó un día junto **33**
a la estatua de Júpiter y preguntó al actor dramático Apeles cuál de los dos le parecía mayor, y, como vacilara le hizo desollar a latigazos y, mientras duraba el suplicio, encomiaba reiteradamente la voz de aquel desgraciado que pedía clemencia afirmando que sonaba incluso muy dulcemente cuando gemía. Muchas veces al besar tiernamente el cuello de su esposa o de alguna de sus amantes decía: «Una señal mía y esta hermosa cabeza rodaría por los suelos». En más de una ocasión se le oyó decir que quería someter a la tortura a su amada Cesonia para averiguar por qué razón la amaba tan apasionadamente.

34 Nec minore liuore ac malignitate quam superbia saeuitiaque paene aduersus omnis aeui hominum genus grassatus est. Statuas uirorum inlustrium ab Augusto ex Capitolina area propter angustias in campum Martium conlatas ita subuertit atque disiecit, ut restitui saluis titulis non potuerint, uetuitque posthac uiuentium cuiquam usquam statuam aut imaginem nisi consulto et auctore
2 se poni. Cogitauit etiam de Homeri carminibus abolendis, cur enim sibi non licere, dicens, quod Platoni licuisset, qui eum e ciuitate quam constituebat eiecerit? Sed et Vergilii ac Titi Liui scripta et imagines paulum afuit quin ex omnibus bibliothecis amoueret, quorum alterum ut nullius ingenii minimaeque doctrinae, alterum ut uerbosum in historia neglegentemque carpebat. De iuris quoque consultis, quasi scientiae eorum omnem usum aboliturus, saepe iactauit se mehercule effecturum, ne quid respondere possint praeter eum.

35 Vetera familiarum insignia nobilissimo cuique ademit, Torquato torquem, Cincinnato crinem, Cn. Pompeio stirpis antiquae Magni cognomen. Ptolemaeum, de quo ret⟨t⟩uli, et arcessitum e regno et exceptum honorifice, non alia de causa repente percussit, quam quod edente se munus ingressum spectacula conuertisse hominum
2 oculos fulgore purpureae abollae animaduertit. Pulchros et comatos, quotiens sibi occurrerent, occipitio raso deturpabat. Erat

---

34 2 omnis — genus (genus *om. PQ*) *MGLPQ* : omne genus hominum $P^2\Pi R$ omne hominum genus *STB* ⟨omne⟩ omnis aeui hominum genus *Graevius* • **6/7** nisi consulto — poni] nisi se consulto et auctore poni **b** nisi se [ex *P*] consulto et auctore se poni *PST* • **14** quid — possint] qui — possint *recc.* quis — possit *Lipsius* quid — possent *N* • **15** praeter eum] praeterea *Reinesius* (possint. praeterea *Torrentius*) praeter se *Heinsius aliter alii*

35 **17** crinem] crimen *M* • **18** arcessitum] accersitum GII *(a. corr.) TB*

34 Se ensañó contra todos los hombres de todos los siglos, con tanto rencor y envidia como soberbia y crueldad. Hizo derribar las estatuas de los varones ilustres que Augusto, por falta de sitio, había hecho trasladar de la plaza del Capitolio al campo de Marte, y encargó luego que las hicieran añicos tan a conciencia que no fue posible más tarde reconstruirlas, a pesar de conservarse las inscripciones. Pensó también destruir los poemas homéricos: «¿Por 2
qué razón, decía, no he de poder hacer lo que ya hizo Platón, el cual lo desterró de su república ideal?». Incluso faltó poco para que no hiciera retirar de todas las bibliotecas los bustos y las obras de Virgilio y Tito Livio, reprochando al primero su escaso ingenio y deficiente erudición, al segundo su verbosidad al narrar los hechos y sus inexactitudes. Con respecto a los jurisconsultos, para dar a entender que se proponía que de nada sirviera acudir a ellos para pedir consejo, dijo en más de una ocasión: «Voy a tomar, por Hércules, las medidas pertinentes para que excepto yo ninguno ⟨de ellos⟩ pueda evacuar ninguna consulta».

35 Prohibió a los ciudadanos más ilustres el uso de sus emblemas familiares: a Torcuato, el collar; a Cincinato, los rizos; a Gn. Pompeyo, descendiente de la vieja estirpe de este nombre, el sobrenombre de Magno. Había hecho venir de su reino a Ptolomeo, de quien ya antes he hecho mención,[1] y lo acogió con grandes honores, pero de súbito lo hizo asesinar por la sola razón que, un día que ofrecía un combate de gladiadores, observó que al entrar Ptolomeo en el anfiteatro atrajo la mirada de todos los espectadores a causa del resplandor de su manto de púrpura. Siempre que 2
le salían al paso muchachos de bella presencia y de larga cabellera para afearles hacía que les afeitaran la parte posterior de la cabeza. Vivía por aquel entonces un tal Esio Próculo, hijo de un

[1] Cf. cap. 26, 1.

Aesius Proculus patre primipilari, ob egregiam corporis amplitudinem et speciem 'Colosseros' dictus; hunc spectaculis detractum repente et in harenam deductum Thraeci et mox hoplomacho comparauit bisque uictorem constringi sine mora iussit et pannis obsitum uicatim circumduci ac mulieribus ostendi, deinde iugulari.
3 Nullus denique tam abiectae condicionis tamque extremae sortis fuit, cuius non commodis obtrectaret. Nemorensi regi, quod multos iam annos poteretur sacerdotio, ualidiorem aduersarium subornauit. Cum quodam die muneris essedario Porio post prosperam pugnam seruum suum manumittenti studiosius plausum esset, ita proripuit se spectaculis, ut calcata lacinia togae praeceps per gradus iret, indignabundus et clamitans dominum gentium populum ex re leuissima plus honoris gladiatori tribuentem quam consecratis principibus aut praesenti sibi.

36 Pudicitiae ⟨neque suae⟩ neque alienae pepercit. M. Lepidum, Mnesterem pantomimum, quosdam obsides dilexisse fertur commercio mutui stupri. Valerius Catullus, consulari familia iuuenis,

---

1 Aesius *Ihm* : esius (hesius Π e suis *Q*) *codd.* Caesius *Heinsius* • **2** spectaculis] e spectaculis *G* **b** • **3** Thraeci] threci *MG* **a** thraci *cett.* • hoplomacho *Sabellicus* : aplomacho *MG* **b** amplomacho **a** • **7** Nemorensi G^2 *recc.* : nemoressi *codd.* • **8** poteretur *MΠ (a. corr.) Q* : potiretur *cett.* • **10** esset] esse *M* • **11** proripuit se *Roth* : proripuit *ML (a. corr.) P* proripuit e *GR* se proripuit L^2ST se proripuit e Π*Q (uulg.)* prorupit *Bentley*

36 **15** neque suae *N recc.* : *om. cett.*

centurión, conocido por el sobrenombre de Colosero [1] a causa de su extraordinaria estatura y belleza; Calígula ordenó un día de súbito que lo arrancaran de su asiento en el anfiteatro y que lo condujeran a la arena, en donde le obligó a combatir primero con un tracio, después con un gladiador armado con todas las armas; como hubiese resultado vencedor las dos veces, dispuso acto continuo que, encadenado y cubierto de andrajos, lo pasearan por todas las calles y que una vez lo hubieran exhibido a las mujeres lo degollaran. En resumen, que no hubo nadie, por humilde que 3
fuera su condición y modesta su fortuna, al que no le envidiara lo poco que poseía. Como hacía ya muchos años que el sacerdote de Diana en Aricia [2] ostentaba esta dignidad, sobornó un contrincante más vigoroso para que combatiera contra él. Se indignó tanto porque un día, en que se celebraba un espectáculo, el pueblo hubiera aplaudido entusiásticamente a un gladiador llamado Porio por haber manumitido a su esclavo después de haber obtenido la victoria, que abandonó precipitadamente el anfiteatro y pisándose el borde de la toga cayó de bruces por el graderío, mientras vociferaba fuera de sí que el pueblo dueño del mundo hacía más caso de un gladiador que de los emperadores divinizados y de él mismo, a pesar de estar allí presente.

No respetó ni a su propio pudor ni al ajeno. Se dice que amó **36**
a M. Lépido,[3] a Mnéster,[4] actor de pantomimas, así como a algunos rehenes, manteniendo trato carnal con todos ellos. Valerio Catulo, joven perteneciente a una familia consular, dijo a todo el que quiso

1 Nombre derivado de κολόσσος 'coloso' y ἔρως 'amor' o sea 'Cupido gigante'.

2 El sacerdote de Diana, en el bosque cerca de Aricia, era un esclavo fugitivo y para sustituirlo en el cargo era necesario matarlo. Cf. Ovid. Fasti 3, 271.

3 Cf. cap. 24, 3.

4 Cf. cap. 55, 1 y 57, 4.

stupratum a se ac latera sibi contubernio eius defessa etiam uociferatus est. Super sororum incesta et notissimum prostitutae Pyrallidis amorem non temere ulla inlustriore femina abstinuit. Quas plerumque cum maritis ad cenam uocatas praeterque pedes suos transeuntis diligenter ac lente mercantium more considerabat, etiam faciem manu adleuans, si quae pudore submitterent; quotiens deinde libuisset egressus triclinio, cum maxime placitam seuocasset, paulo post recentibus adhuc lasciuiae notis reuersus uel laudabat palam uel uituperabat, singula enumerans bona malaue corporis atque concubitus. Quibusdam absentium maritorum nomine repudium ipse misit iussitque in acta ita referri.

37 Nepotatus sumptibus omnium prodigorum ingenia superauit, commentus nouum balnearum usum, portentosissima genera ciborum atque cenarum, ut calidis frigidisque unguentis lauaretur, pretiosissima margarita aceto liquefacta sorberet, conuiuis ex auro panes et obsonia apponeret, aut frugi hominem esse oportere dictitans aut Caesarem. Quin et nummos non mediocris summae e fastigio basilicae Iuliae per aliquot dies sparsit in plebem. Fabricauit et deceris Liburnicas gemmatis puppibus, uersicoloribus uelis, magna thermarum et porticuum et tricliniorum laxitate magnaque etiam uitium et pomiferarum arborum uarietate, quibus discum-

---

4 uocatas] uocatis *M (a. corr.)*

37 12 prodigorum *LPOSTQ*^{2} : prodigiorum *cett.* • 15 pretiosissima margarita — liquefacta] pretiosissimas margaritas — liquefactas **a** *uulg.*

oírle que había violado al emperador y que en aquellas relaciones había agotado todas sus fuerzas. Dejando de lado sus incestos con sus hermanas y su notoria pasión por la cortesana Piralis, no hubo apenas mujer alguna de la nobleza a la que respetase. Por lo ge- 2
neral acostumbraba a invitarlas a comer en compañía de sus maridos y las hacía desfilar delante de él, examinándolas cuidadosamente y con mucha parsimonia a la manera de los tratantes de esclavos, e incluso les levantaba el rostro con la mano si alguna por pudor lo bajaba, luego, cuando le venía en gana, salía del comedor llevándose consigo a la que más le gustaba, para regresar al poco rato con las señales aún visibles de su lascivia, y delante de todo el mundo las elogiaba o criticaba enumerando uno por uno sus cualidades o defectos corporales, así como su manera de hacer el amor. Envió a algunas personalmente la orden de divorcio en nombre de sus maridos ausentes de Roma, y ordenó que así constara en los registros oficiales.

Fue tanto el dinero que invirtió en sus extravagancias, que **37**
puede afirmarse que superó el ingenio de cuantos despilfarradores han existido; inventó nuevas clases de baños, platos y festines de un precio fabuloso, llegando al extremo de bañarse en perfumes fríos y calientes, de deglutir perlas de un valor exorbitante y de hacer servir a sus invitados panes y alimentos envueltos en láminas de oro, pues no se cansaba de decir que un hombre debe vivir frugalmente o ser emperador. Por si todo ello fuera poco, durante varios días arrojó a la plebe, desde la azotea de la basílica Julia, monedas que sumaron una cantidad ingente. Construyó también 2
galeras libúrnicas de diez filas de remos, con las popas adornadas con piedras preciosas y provistas de velas de varios colores, de espaciosos baños, pórticos y comedores, así como de una gran variedad de vides y árboles frutales. Recostado en estas naves, bordeaba durante el día las costas de Campania entre danzas y

bens de die inter choros ac symphonias litora Campaniae peragraret. In extructionibus praetoriorum atque uillarum omni ratione posthabita nihil tam efficere concupiscebat quam quod posse effici
3 negaretur. Et iactae itaque moles infesto ac profundo mari et excisae rupes durissimi silicis et campi montibus aggere aequati et complanata fossuris montium iuga, incredibili quidem celeritate, cum morae culpa capite lueretur. Ac ne singula enumerem, immensas opes totumque illud Ti. Caesaris uicies ac septies milies sestertium non toto uertente anno absumpsit.

38 Exhaustus igitur atque egens ad rapinas conuertit animum uario et exquisitissimo calumniarum et auctionum et uectigalium genere. Negabat iure ciuitatem Romanam usurpare eos, quorum maiores sibi posterisque eam impetrassent, nisi si filii essent, neque enim intellegi debere 'posteros' ultra hunc gradum; prolataque Diuorum
2 Iuli et Augusti diplomata ut uetera et obsoleta deflabat. Arguebat et perperam editos census, quibus postea quacumque de causa quicquam incrementi accessisset. Testamenta primipilarium, qui ab initio Tiberi principatus neque illum neque se heredem reliquissent, ut ingrata rescidit; item ceterorum ut irrita et uana, quos-

---

1 symphonias *GSNL*^{2} *recc.* : symphro *ML (a. corr.) P* simphro **b** *AB* simpro *T* • **3** tam] tam̄ *MR* • **8** Ti. *Roth* : T. (Ty. *S*^{2} tiberii *GP*) *codd.*

38 **13** nisi si *M* : nisi *cett.* • **15** ut] et *R* ut et *LPSOAB* • deflabat (*correctum in* deflaebat) *M* : deflebat (defie- *T*) **a b** delebat *G* deflabat *uel* difflabat *Lipsius* deridebat *Ernesti Polak*

cantos. En la construcción de sus palacios y villas de recreo no tenía en cuenta consideración de ninguna clase, pues la única cosa por la que se mostraba afanoso era en hacer lo que se decía que no podía hacerse. Así pues, fueron construidos terraplenes en 3
parajes donde el mar era agitado y profundo, perforadas rocas de durísimo sílex, con el acopio de tierras las llanuras fueron convertidas en colinas, y mediante excavaciones las cimas de los montes transformadas en llanuras; y todo ello con una increíble celeridad, pues todo el que incurría en retraso expiaba su culpa con la muerte. Y para no enumerar una por una todas estas obras, bastará decir que en menos de un año despilfarró inmensas riquezas y todo aquel ingente tesoro que había amontonado Tiberio y que ascendía a dos mil setecientos millones de sestercios.

Arruinado pues y en la indigencia, aplicó su ánimo a la rapiña **38**
recurriendo a un sistema variado y muy ingenioso de calumnias, subastas y gabelas. Afirmaba que detentaban ilegalmente el derecho de ciudadanía romana aquellos cuyos antepasados lo habían obtenido para sí y para sus descendientes, salvo en el caso que se tratase de los hijos, pues la palabra descendientes sólo debía aplicarse a los descendientes de primer grado; y cuando se le exhibían certificados expedidos por el divino Julio o por el divino Augusto, los anulaba afirmando que eran viejos y que habían caducado. Consideraba como fraudulentas las declaraciones de los 2
bienes cuando se había producido, por la causa que fuese, algún incremento. Anuló los testamentos de los primipilarios,[1] que a partir del reinado de Tiberio no habían instituido como a heredero ni al citado emperador ni a él mismo, por constituir una flagrante prueba de ingratitud. Consideraba también nulos y sin efecto los

[1] Los centuriones de categoría más elevada, o más exactamente, el primer centurión de la primera centuria del primer manípulo de la primera legión.

cumque quis diceret herede Caesare mori destinasse. Quo metu iniecto cum iam et ab ignotis inter familiares et a parentibus inter liberos palam heres nuncuparetur, derisores uocabat, quod post nuncupationem uiuere perseuerarent, et multis uenenatas matteas
3 misit. Cognoscebat autem de talibus causis, taxato prius modo summae ad quem conficiendum consideret, confecto demum excitabatur. Ac ne paululum quidem morae patiens super quadraginta reos quondam ex diuersis criminibus una sententia condemnauit gloriatusque est expergefacta e somno Caesonia quantum egisset, dum
4 ea meridiaret. Auctione proposita reliquias omnium spectaculorum subiecit ac uenditauit, exquirens per se pretia et usque eo extendens, ut quidam immenso coacti quaedam emere ac bonis exuti uenas sibi inciderent. Nota res est, Aponio Saturnino inter subsellia dormitante, monitum a Gaio praeconem ne praetorium uirum crebro capitis motu nutantem sibi praeteriret, nec licendi finem factum, quoad tredecim gladiatores sestertium nonagies ignoranti addicerentur.

39 In Gallia quoque, cum damnatarum sororum ornamenta et supellectilem et seruos atque etiam libertos immensis pretiis uendidisset, inuitatus lucro, quidquid instrumenti ueteris aulae erat

---

2 iniecto] inlecto (ill- *SB* ille *P*) *M* **a***(corr. L²)B* • **9** expergefacta e] expergefactae (expergefacte Π*T*) *MΠQP²T* (*inde* cesoniae Π*QP²T*) expergefacta *LPSAB* • **15** nec licendi] ne dicendi *P(a. corr.)*Π²*R* nec dicendi Π*LP²OSTAB* • **16** quoad] quo*ad *M* quod ad *R* quod *G*

39 **18** damnatarum sororum] damnatorum sociorum *Oudendorpius* damnatorum *Burmannus* • **19** libertos *recc. Beroaldus* : liberios *M* liberos *cett.*

testamentos de todos aquellos que cualquier persona afirmaba que habían tenido la intención, al morir, de instituir al césar como heredero. El pánico provocado por estas medidas determinó que personas a quienes no conocía le designaran como copartícipe de la herencia con sus amigos, e incluso algunos padres le hicieran figurar también entre sus hijos; pero Calígula afirmaba entonces que pretendían burlarse de él, ya que, después de haberle instituido heredero, se obstinaban todavía en seguir viviendo; razón por la cual envió a muchos de ellos pasteles envenenados. Intervenía personalmente en los procesos que se instruían por tales motivos, fijando de antemano el importe de la suma que se proponía obtener en cada sesión y, una vez ésta recaudada, suspendía la vista. En estos casos no soportaba la más pequeña demora y, en una ocasión, condenó con una sola sentencia a más de cuarenta encartados por motivos diferentes; luego, despertó a Cesonia y jactándose le dijo que, mientras ella dormía la siesta, él había llevado a cabo una enorme tarea. Una vez reunió y subastó el material sobrante de todos los espectáculos, pero él mismo fijaba el precio y lo elevaba en forma tan exorbitante, que algunos, que se vieron obligados a hacer tales compras por un precio tan alto, quedaron arruinados y se cortaron las venas. Esta anécdota es bien conocida: un día, viendo Gayo que Aponio Saturnino dormitaba en su asiento, advirtió al pregonero que no pasara por alto a aquel ex pretor que con tanta frecuencia asentía con la cabeza y no se puso fin a la puja hasta que le fueron adjudicados, sin enterarse él de nada, trece gladiadores por nueve millones de sestercios. 3 4

39 También en la Galia se sintió arrastrado por el afán de lucro como consecuencia de haber vendido en aquella provincia a precios fabulosos las joyas, el ajuar, los siervos y libertos de sus hermanas a quienes había desterrado; por este motivo mandó traer de Roma todo el mobiliario y enseres del palacio de sus anteceso-

ab urbe repetiit, comprensis ad deportandum meritoriis quoque uehiculis et pistrinensibus iumentis, adeo ut et panis Romae saepe deficeret et litigatorum plerique, quod occurrere absentes ad uadi-
2 monium non possent, causa caderent. Cui instrumento distrahendo nihil non fraudis ac lenocinii adhibuit, modo auaritiae singulos increpans et quod non puderet eos locupletiores esse quam se, modo paenitentiam simulans quod principalium rerum priuatis copiam faceret. Compererat prouincialem locupletem ducenta sestertia numerasse uocatoribus, ut per fallaciam conuiuio interponeretur, nec tulerat moleste tam magno aestimari honorem cenae suae; huic postero die sedenti in auctione misit, qui nescio quid friuoli ducentis milibus traderet diceretque cenaturum apud Caesarem uocatu ipsius.

40 Vectigalia noua atque inaudita primum per publicanos, deinde, quia lucrum exuberabat, per centuriones tribunosque praetorianos exercuit, nullo rerum aut hominum genere omisso, cui non tributi aliquid imponeret. Pro edulibus, quae tota urbe uenirent, certum statumque exigebatur; pro litibus ac iudiciis ubicumque conceptis quadragesima summae, de qua litigaretur, nec sine pocna, si quis composuisse uel donasse negotium conuinceretur; ex gerulorum

---

3/4 uadimonium] uademonium *M (a. corr.)*

40 **16** tributi] tributo *M (a. corr.)* • **17** pro edulibus] praedulibus *M* pro eduliis **a** *NA uulg.*

res: para ello requisó incluso los carruajes de alquiler y las acémilas de los molinos, lo cual trajo como consecuencia que en Roma escaseara con frecuencia el pan, y que muchos litigantes fueran declarados culpables por no haber podido comparecer ante el tribunal el día señalado. Para la venta del mobiliario ya citado recurrió 2 a toda clase de halagos y artimañas, ya echando en cara a los compradores su avaricia y reprochándoles que no les avergonzara ser más ricos que el propio César, ya fingiendo arrepentirse de su decisión de consentir que pasasen a manos de simples particulares objetos que habían pertenecido a los emperadores. Se enteró que un provinciano, dueño de una gran fortuna, había pagado doscientos mil sestercios para ser incluido fraudulentamente en la lista de los invitados; pero no tomó a mal que hubiese pagado tan alto precio por el honor de sentarse a su mesa; por el contrario, como al día siguiente lo viese sentado entre los que tomaban parte en una subasta, le envió uno de sus esclavos para que le adjudicara una fruslería por doscientos mil sestercios y le comunicara que César en persona le invitaba a cenar a palacio.

Impuso gabelas nuevas y sin precedentes. Las cobraba primero **40** valiéndose de los recaudadores, pero viendo los pingües beneficios que éstos obtenían, empleó para estos menesteres a los tribunos y centuriones de su guardia pretoriana. Lo cierto es que no hubo cosa o persona alguna a la que no impusiera una forma u otra de tributo. Exigió un canon fijo y preciso por los comestibles en venta en cualquier lugar de la ciudad. Reclamó, en los litigios y procesos, dondequiera que se celebrasen, la cuadragésima parte de la cantidad en discusión y si se demostraba que alguien había aceptado una fórmula de transición o había desistido de llevar adelante el pleito, venía obligado también a pagar una multa. Se hacía pagar la octava parte de los jornales de los mozos de cuerda; exigía también una parte de las ganancias de las prostitutas, equivalente

diurnis quaestibus pars octaua; ex capturis prostitutarum quantum quaeque uno concubitu mereret; additumque ad caput legis, ut tenerentur publico et quae meretricium quiue lenocinium fecissent, nec non et matrimonia obnoxia essent.

41 Eius modi uectigalibus indictis neque propositis, cum per ignorantiam scripturae multa commissa fierent, tandem flagitante populo proposuit quidem legem, sed et minutissimis litteris et angustissimo loco, uti ne cui describere liceret. Ac ne quod non manubiarum genus experiretur, lupanar in Palatio constituit, districtisque et instructis pro loci dignitate compluribus cellis, in quibus matronae ingenuique starent, misit circum fora et basilicas nomenculatores ad inuitandos ad libidinem iuuenes senesque; praebita aduenientibus pecunia faenebris appositique qui nomina pa-
2 lam subnotarent, quasi adiuuantium Caesaris reditus. Ac ne ex lusu quidem aleae compendium spernens plus mendacio atque etiam periurio lucrabatur. Et quondam proximo conlusori demandata uice sua progressus in atrium domus, cum praetereuntis duos equites R(omanos) locupletis sine mora corripi confiscarique iussisset, exultans rediit gloriansque numquam se prosperiore alea usum.

42 Filia uero nata paupertatem nec iam imperatoria modo sed et patria conquerens onera conlationes in alimonium ac dotem pue-

---

3 tenerentur] teneretur *MG (a. corr.)* **a** *AB* • meretricium *RTP²S²Π²Q²AB* : meretricum *cett.*

41 **6** scripturae *deleuit ut glossema Burmannus aliique* • **9/10** districtisque *M (a. corr.)* : distructisque Π *(a. corr.) QM²* destructisque *cett.* discretisque *Bentley* • **13** faenebris (fen- *M* **a** foe- *G) MG* **a** : fenoris **b** fenebri *(et postea* appositisque) *Torrentius e codd. duobus (sic in ed. Ald. 1516 aliisque)*

42 **21** alimonium] alimoniam *ΠQP²TAB*

a lo que obtenía cada una de ellas con una ocupación, y había hecho añadir a este artículo de la ley una cláusula en la que se especificaba que estaban sujetas a este impuesto las mujeres que habían ejercido la prostitución y los hombres que se habían lucrado con este tráfico; incluso los matrimonios debían pagar esta gabela.

Como todos estos impuestos los había decretado sin darlos a 41
conocer públicamente, se producían muchas infracciones por ignorancia de la ley escrita; a la postre, cediendo a los insistentes requerimientos del pueblo, hizo fijar esta ley en público, pero escrita en caracteres muy diminutos y colocada en un sitio muy angosto para que nadie pudiera copiarla. Y, para no dejar ningún género de expoliación sin probar, instaló un lupanar en palacio; para ello aisló varios apartamientos y los amuebló en consonancia con la dignidad del lugar para que en ellos se prostituyeran matronas y muchachos de condición libre; luego envió a sus esclavos a las plazas y edificios públicos para invitar al placer a jóvenes y viejos. Llegó al extremo de prestar dinero a un interés elevadísimo a los que frecuentaban dichos lugares, para lo cual apostó a la entrada a agentes suyos que anotaban oficialmente los nombres, como si se tratara de contribuyentes del fisco imperial; y no desdeñó tam- 2
poco las ganancias procedentes del juego de los dados, pero sus mayores beneficios los obtenía haciendo trampas y jurando en falso. Un día encargó a un compañero de juego sentado a su lado que jugara por él y se salió al atrio de la casa, y como pasaran por su lado dos caballeros romanos muy ricos, al punto dio la orden de encarcelarlos y confiscar sus bienes, hecho lo cual regresó desbordante de satisfacción y jactándose de que nunca había tenido tanta suerte en el juego de los dados.

Cuando le nació su hija, se lamentó de la escasez de recursos 42
y de las cargas que le abrumaban como emperador y como padre,

llae recepit. Edixit et strenas ineunte anno se recepturum stetitque in uestibulo aedium Kal. Ian. ad captandas stipes, quas plenis ante eum manibus ac sinu omnis generis turba fundebat. Nouissime contrectandae pecuniae cupidine incensus, saepe super immensos aureorum aceruos patentissimo diffusos loco et nudis pedibus spatiatus et toto corpore aliquandiu uolutatus est.

43 Militiam resque bellicas semel attigit neque ex destinato, sed cum ad uisendum nemus flumenque Clitumni Meuaniam processisset, admonitus de supplendo numero Batauorum, quos circa se habebat, expeditionis Germanicae impetum cepit; neque distulit, sed legionibus et auxiliis undique excitis, dilectibus ubique acerbissime actis, contracto et omnis generis commeatu quanto numquam antea, iter ingressus est confecitque modo tam festinanter et rapide, ut praetorianae cohortes contra morem signa iumentis imponere et ita subsequi cogerentur, interdum adeo segniter et delicate, ut octaphoro ueheretur atque a propinquarum urbium plebe uerri sibi uias et conspergi propter puluerem exigeret.

---

4 cupidine incensus] cupidine incessus *MQ (a. corr.)* • **6** uolutatus] uoluptatus *MR*

43 **8** Clitumni *ed. Bon. 1488* : clitumin *MG* **a** clitumni (-unni *R*) in **b** P^2 • **12** quanto] quantos *MΠ²R* • **13** antea, iter *Gronovius* : ante alter *codd.* ante alius iter *Graevius* • **15** et delicate **b'** P^2AB : delicataeque *G* delicate *MLP (a. corr.)* delicateque *Ihm* • **16** atque a] atque *MGLP (a. corr.) A* aque *Bentley*

por lo cual admitió donativos para atender a la crianza y a la dote de la niña. Anunció además, por un edicto, que aceptaría aguinaldos el día primero de año, y, en efecto, en las calendas de enero, se colocó de pie en la entrada de palacio para recibir los aguinaldos que una multitud perteneciente a todas las clases sociales derramaba ante él a manos llenas y vaciando los pliegues de sus togas. Por último, incitado por el placer de tocar el dinero, hacía desparramar en una sala de grandes dimensiones inmensos montones de dinero, sobre los cuales se paseaba descalzo y a veces incluso se revolcaba sobre ellos restregándose todo el cuerpo.

43 Tan sólo una vez se interesó por la guerra y por las empresas bélicas y ello no como resultado de un plan premeditado, sino porque le entró la fantasía de organizar una expedición contra los germanos un día en que, habiendo alcanzado Mevania[1] para visitar el bosque sagrado y el río Clitumno,[2] le aconsejaron completar los efectivos de su guardia bátava. No aplazó la ejecución de este proyecto, sino que en seguida concentró legiones y tropas auxiliares de todas partes, hizo levas rigurosísimas por doquiera, allegó vituallas de todas clases en cantidades nunca vistas y a renglón seguido se puso en camino, unas veces con tanta rapidez y celeridad que las legiones pretorianas se veían forzadas, faltando a las ordenanzas, a poner sus estandartes sobre las acémilas y a seguirle en esta forma, y otras veces con tanta parsimonia y regalo que se hacía transportar en una litera llevada por ocho esclavos y exigía a la plebe de las ciudades a que se acercaba que le barriesen los caminos y los regasen para evitar el polvo.

---

1 Hoy día Bevagna, en la provincia de Perugia.

2 Célebre por su hermoso paisaje. Conservamos una descripción de Plinio el joven. Cf. PLIN. epist. 8, 8.

44 Postquam castra attigit, ut se acrem ac seuerum ducem ostenderet, legatos, qui auxilia serius ex diuersis locis adduxerant, cum ignominia dimisit; at in exercitu recensendo plerisque centurionum maturis iam et nonnullis ante paucissimos quam consummaturi essent dies, primos pilos ademit, causatus senium cuiusque et imbecillitatem; ceterorum increpita cupiditate commoda emeri-
2 tae militiae ad senum milium summam recidit. Nihil autem amplius quam Adminio Cynobellini Britannorum regis filio, qui pulsus a patre cum exigua manu transfugerat, in deditionem recepto, quasi uniuersa tradita insula, magnificas Romam litteras misit, monitis speculatoribus, ut uehiculo ad forum usque et curiam pertenderent nec nisi in aede Martis ac frequente senatu consulibus traderent.

45 Mox deficiente belli materia paucos de custodia Germanos traici occulique trans Rhenum iussit ac sibi post prandium quam tumultuosissime adesse hostem nuntiari. Quo facto proripuit se cum amicis et parte equitum praetorianorum in proximam siluam, truncatis-

---

44 **2/3** cum ignominia] ignominia *MGLP a. corr. (cf. Aug. 24, 2)* • **4** maturis] maturos *MGLA* • **5** essent] estis *M* • primos pilos] primipilos *G* • **6** imbecillitatem] imbecillitate *M* • commoda emeritae] commodae meritae (-mode *GL*) *MPGL* comodû meritae *T* • **7** senum (*uel* sex) *Lipsius* : sescentorum (sexc- ΠQ **a** *AB*) *codd. Ihm Ailloud qui locum cruce distinxerunt* sexagenum *Bücheler* • milium] mummum *Bentley* • recidit] rescidit QΠ (*corr. ex* recc-) *B* reccidit M^2LA • **8** Cynobellini (-belini *L* cino- ΠT) *codd.* : *fortasse* Minocynobelini, *cf.* OROS. *VII 5, 5.*

Llegado que hubo al campamento, para dar la sensación de que **44**
era un jefe rígido y severo, licenció con nota desfavorable a los
legados que, encargados de conducir las tropas auxiliares de países
diversos, llegaron con excesivo retraso. Luego, al pasar revista del
ejército, degradó a muchos centuriones encanecidos en el servicio,
e incluso a algunos a quienes sólo les faltaban unos días para pasar
a la reserva, alegando como pretexto su vejez y su poco vigor
físico; echó en cara a todos los restantes su afán de lucro y redujo
a seis mil sestercios la prima que debían cobrar al ser licenciados.
No consiguió, sin embargo, otra cosa que recibir la sumisión de 2
Adminio, hijo de Cinobelino, rey de los britanos, el cual, expulsado
por su padre, se había pasado a los romanos con un menguado
séquito; sin embargo, ello no fue obstáculo para que escribiera a
Roma cartas grandilocuentes como si hubiera sojuzgado toda la
isla y diera la orden a sus correos que llegasen hasta el foro
y la propia curia sin descender de sus vehículos [1] y que sólo entre-
garan las cartas a los cónsules en el templo de Marte [2] y en pre-
sencia de todo el senado.

Luego, no encontrando enemigo contra el cual combatir, hizo **45**
transportar al otro lado del Rin a algunos germanos de su escolta
con la orden de permanecer allí ocultos y dispuso que más tarde,
después de la comida, le comunicaran la noticia, con muestras
de gran sobresalto, de que se aproximaba el enemigo. Así se hizo;
y al punto Calígula con sus amigos y parte de la caballería preto-
riana se precipitó contra el enemigo en dirección al bosque cer-
cano y, después de cortar algunos árboles y disponerlos en forma

---

[1] Por lo general sólo se permitía a estos vehículos transitar por las calles de Roma antes de la salida del sol y durante las dos últimas horas del día.

[2] Se trata del templo de Marte Vengador construido por Augusto. Cf. Aug. 29.

que arboribus et in modum tropaeorum adornatis ad lumina reuersus, eorum quidem qui secuti non essent timiditatem et ignauiam corripuit, comites autem et participes uictoriae nouo genere ac nomine coronarum donauit, quas distinctas solis ac lunae
2 siderumque specie exploratorias appellauit. Rursus obsides quosdam abductos e litterario ludo clamque praemissos, deserto repente conuiuio, cum equitatu insecutus ueluti profugos ac reprehensos in catenis reduxit; in hoc quoque mimo praeter modum intemperans, repetita cena renuntiantis coactum agmen sic ut erant loricatos ad discumbendum adhortatus est. Monuit etiam notissimo Vergili uersu durarent secundisque se rebus ser-
3 uarent. Atque inter haec absentem senatum populumque grauissimo obiurgauit edicto, quod Caesare proeliante et tantis discriminibus obiecto tempestiua conuiuia, circum et theatra et amoenos secessus celebrarent.

46 Postremo quasi perpetraturus bellum, derecta acie in litore Oceani ac ballistis machinisque dispositis, nemine gnaro aut opinante quidnam coepturus esset, repente ut conchas legerent galeasque et sinus replerent imperauit, 'spolia Oceani' uocans 'Capitolio Palatioque debita', et in indicium uictoriae altissimam turrem excitauit, ex qua ut Pharo noctibus ad regendos nauium cursus

---

45 4 quas] quasi *MG* • **8/9** intemperans, repetita *Bentley Preud'homme Ailloud* : intemperans. Repetita *Roth Ihm*

46 16 derecta *M (cf. supra 19, 1)* : directa *cett.* • **17-18** gnaro — quidnam] ignaro — quidnam *MR* ignaro agmine quidnam (*om.* nemine) *H* • **21** Pharo] pharao *M (a. corr.)*

de trofeos, regresó ⟨al campamento⟩ a la luz de antorchas, y allí fustigó la cobardía y negligencia de los que no le habían acompañado y condecoró a los que le habían seguido y contribuido a la victoria con coronas de una clase y nombre nuevos, adornadas con las imágenes del sol, la luna y las estrellas y a las que designó con el nombre de *exploratoriae*.[1] En otra ocasión hizo sacar algu- 2
nos rehenes de la escuela elemental y los envió secretamente por delante; luego, de súbito, abandonó el banquete y los persiguió con la caballería y, como si se tratase de tránsfugas a los que hubiese dado alcance, los trajo de nuevo cargados de cadenas. En la representación de esta farsa su comportamiento también rebasó todos los límites; en efecto, cuando de regreso volvió a ocupar su sitio en la mesa, dijo a los oficiales que se presentaron a él para comunicarle que el ejército estaba formado, que se acomodasen para comer, armados como estaban, y les exhortó además con este tan conocido verso de Virgilio: [2] «No os desaniméis y preparaos
para días más felices». Y, mientras perpetraba tales desatinos, 3
reconvino al pueblo y al senado con un edicto severísimo porque mientras él, su césar, libraba batallas y se hallaba expuesto a tantos peligros, ellos asistían a banquetes que comenzaban a deshora y frecuentaban el circo, los teatros y las villas de recreo.

Finalmente, como colofón de aquella guerra, desplegó el ejér- **46**
cito sobre las playas del océano, emplazó las ballestas e ingenios de guerra sin que nadie supiera ni siquiera barruntara qué era lo que se proponía, y, de súbito, dio la orden de recoger conchas y llenar con ellas los yelmos y las capas diciendo que eran los despojos del océano que debían ser ofrecidos al Capitolio y al palacio imperial; luego, para conmemorar su victoria, mandó levantar

[1] Palabra derivada de *exploratores*, que en el lenguaje militar se aplica a las avanzadillas de reconocimiento.

[2] VERG. Aen. 1, 207.

ignes emicarent; pronuntiatoque militi donatiuo centenis uiritim denariis, quasi omne exemplum liberalitatis supergressus: «Abite», inquit, «laeti, abite locupletes».

47 Conuersus hinc ad curam triumphi, praeter captiuos ac transfugas barbaros Galliarum quoque procerissimum quemque et, ut ipse dicebat, ἀξιοθριάμβευτον, ac nonnullos ex principibus legit ac seposuit ad pompam coegitque non tantum rutilare et summittere comam, sed et sermonem Germanicum addiscere et nomina barbarica ferre. Praecepit etiam triremis, quibus introierat Oceanum, magna ex parte itinere terrestri Romam deuehi. Scripsit et procuratoribus, triumphum apparent quam minima summa, sed quantus numquam alius fuisset, quando in omnium hominum bona ius haberent.

48 Prius quam prouincia decederet, consilium iniit nefandae atrocitatis legiones, quae post excessum Augusti seditionem olim mouerant, contrucidandi, quod et patrem suum Germanicum ducem et se infantem tunc obsedissent, uixque a tam praecipiti cogitatione

---

47 **6** ἀξιοθριάμβευτον *recc.* : AZIOΘPIAMBYTON (-BITON *LS*) *codd.* • **11** minima] nimia **a B** • **12** alius] alias *Bentley*

48 **15/16** mouerant] mouerat *M (a. corr.)*

una torre altísima desde la cual, como desde la de Faros,[1] debían, durante la noche, brillar hogueras para dirigir la ruta de las naves. Finalmente, prometió a los soldados un donativo de cien denarios por cabeza y como si hubiese rebasado todos los límites de la generosidad les dijo: «Marchad contentos, marchad cargados de riquezas».

47 Centró luego su preocupación en la organización de su triunfo, para lo cual, además de los prisioneros y los tránsfugas extranjeros, seleccionó a los galos que sobresalían por su estatura y que eran dignos — como él decía — de figurar en el cortejo triunfal, así como también a un cierto número de miembros de la nobleza y formó con todos ellos un grupo aparte para la comitiva ⟨triunfal⟩. Obligó a todos a dejarse crecer y teñirse de rojo los cabellos, así como a aprender la lengua germánica y a adoptar apellidos de aquel país; ordenó también que las trirremes con las que se había adentrado en el océano fueran conducidas en su mayor parte a Roma por tierra. Escribió asimismo a los intendentes del fisco imperial para que organizasen su entrada triunfal, invirtiendo en ello la menor cantidad posible de dinero, pero procurando que superase en fastuosidad a cuantas hasta entonces se habían celebrado, puesto que para lograrlo tenían plenos poderes para disponer de los bienes de todos.

48 Antes de abandonar la provincia, concibió un proyecto de una crueldad monstruosa; pensó pasar a cuchillo a las legiones que antaño, a la muerte de Augusto,[2] se habían sublevado, acusándolas de haber cercado a Germánico, su padre y jefe de ellos, así como a él mismo, a la sazón un niño. Mucho trabajo costó disuadirle de un proyecto tan arriesgado, pero no hubo manera de evitar que

1 Cerca de Alejandría, en Egipto.
2 Cf. cap. 9.

reuocatus, inhiberi nullo modo potuit quin decimare uelle perseueraret. Vocatas itaque ad contionem inermes, atque etiam gladiis
2 depositis, equitatu armato circumdedit. Sed cum uideret suspecta re plerosque dilabi ad resumenda, si qua uis fieret, arma, profugit contionem confestimque urbem petit, deflexa omni acerbitate in senatum, cui ad auertendos tantorum dedecorum rumores palam minabatur, querens inter cetera fraudatum se iusto triumpho, cum ipse paulo ante, ne quid de honoribus suis ageretur, etiam sub mortis poena denuntiasset.

49 Aditus ergo in itinere a legatis amplissimi ordinis ut maturaret orantibus, quam maxima uoce: «Veniam», inquit, «ueniam, et hic mecum», capulum gladii crebro uerberans, quo cinctus erat. Edixit et reuerti se, sed iis tantum qui optarent, equestri ordini et populo; nam se neque ciuem neque principem senatui amplius
2 fore. Vetuit etiam quemquam senatorum sibi occurrere. Atque omisso uel dilato triumpho ouans urbem natali suo ingressus est; intraque quartum mensem periit, ingentia facinora ausus et aliquanto maiora moliens, siquidem proposuerat Antium, deinde Ale-

---

4 profugit] profuit *M (a. corr.)* • **5** urbem **b** *B edd. in quibus Ailloud* : urbem omnem *MG Ihm qui locum cruce distinxit* omnem urbem **a** *A* urbem Romam (*uel* amens) *cogitauit Burmannus* • petit] petiit **b** *B* • **6** senatum] senatu *MG* • ad auertendos *TL*^{2} *edd.* : aduertendos *MGPSL (a. corr.)* animaduertendos **b** *B*

49 **12/13** Edixit et **b** *L*^{2} : edixisse *ML (a. corr.) PA* edixit *STB* dicens se *G*

persistiera en su decisión de diezmarlas. Así pues, las hizo formar desarmadas y desprovistas incluso de sus espadas, so pretexto de que iba a dirigirles una arenga y las hizo rodear por la caballería pertrechada de todas sus armas. Mas, viendo que muchos, pare- 2
ciéndoles la cosa sospechosa, se salían de las filas en busca de sus armas ante la eventualidad de que se produjera algún acto de fuerza, abandonó a toda prisa la asamblea y se dirigió a Roma a marchas forzadas, haciendo recaer toda su ira contra el senado y profiriendo públicas amenazas contra dicho estamento, para desviar los rumores que circulaban sobre su escandalosa conducta. Entre otros pretendidos agravios, se quejaba de que le habían despojado de los honores de un triunfo máximo, cuando en realidad, él mismo poco tiempo antes había prohibido, bajo pena de muerte, que se tomara decisión alguna respecto a los honores que debían tributarle.

Le salió pues al encuentro, durante su camino de regreso, una **49**
delegación del estamento senatorial para rogarle que apresurase su vuelta, y Calígula les contestó profiriendo grandes gritos: «Regresaré pronto, regresaré y ésta me acompañará», y mientras hablaba golpeaba repetidamente el pomo de la espada que llevaba ceñida. Por si fuera poco, hizo saber por medio de un edicto que regresaba, pero sólo para los que deseaban su vuelta, en este caso el estamento ecuestre y el pueblo; pues a partir de aquel momento no pensaba ser para los senadores ni un conciudadano suyo ni su jefe. Prohibió que se le acercase ningún senador y renunció o pos- 2
puso los honores del triunfo y, contentándose con una simple ovación, entró en Roma el día de su cumpleaños para morir a los cuatro meses, no sin antes haber perpetrado crímenes terribles y proyectado otros aún mayores. Acarició, en efecto, el plan de trasladar la corte a Ancio, luego a Alejandría, pero antes quería eliminar a los miembros más conspicuos de los estamentos senatorial y

xandream commigrare interempto prius utriusque ordinis electissimo quoque. Quod ne cui dubium uideatur, in secretis eius reperti sunt duo libelli diuerso titulo: alteri 'Gladius', alteri 'Pugio' index erat; ambo nomina et notas continebant morti destinatorum. Inuenta et arca ingens uariorum uenenorum plena, quibus mox a Claudio demersis infecta maria traduntur non sine piscium exitio, quos enectos aestus in proxima litora eiecit.

50 Statura fuit eminenti, colore expallido, corpore enormi, gracilitate maxima ceruicis et crurum, oculis et temporibus concauis, fronte lata et torua, capillo raro at circa uerticem nullo, hirsutus cetera. Quare transeunte eo prospicere ex superiore parte aut omnimo quacumque de causa capram nominare, criminosum et exitiale habebatur. Vultum uero natura horridum ac taetrum etiam ex industria efferabat, componens ad speculum in omnem terrorem ac formidinem. Valitudo ei neque corporis neque animi constitit. 2 Puer comitiali morbo uexatus, in adulescentia ita patiens laborum erat, ut tamen nonnumquam subita defectione ingredi, stare, colligere semet ac sufferre uix posset. Mentis ualitudinem et ipse senserat ac subinde de secessu deque purgando cerebro cogitauit. Creditur potionatus a Caesonia uxore amatorio quidem medicamento, 3 sed quod in furorem uerterit. Incitabatur insomnio maxime; neque enim plus quam tribus nocturnis horis quiescebat ac

---

50 **2** quoque] que *M*

8 expallido] pallido **b** *TBN* squalido *Bentley* • **10** at *G* **b** : ad *M* et *H* ac *LPOTNAB* aut *S* • **14** efferabat *L*[1]*POT* : efferebat *cett.* • **17** ingredi **a** *AB* : gredi *M* gradi *cett. (cf. Vesp., 7)* • **21** insomnio [-no *STB*] *codd* : insomnia *Stephanus Roth Preud-homme*

ecuestre. Y, para que nadie ponga en duda la veracidad de mis 3
aseveraciones, diré que entre sus documentos secretos fueron halladas dos listas, encabezada cada una con un título distinto, 'La espada' y 'El puñal', respectivamente. Ambas contenían los nombres y las señas de las personas que se proponía quitar de en medio. Se encontró también un cofre enorme, repleto de venenos de toda clase, que por orden de Claudio fueron echados luego al mar, y cuentan que, por efecto de los mismos, las aguas quedaron emponzoñadas ocasionando la muerte de un número incalculable de peces a los que exánimes las mareas arrojaban a las playas próximas.

Calígula era de elevada estatura, de color muy pálido, de cuer- **50**
po desproporcionado; su cuello y piernas extremadamente delgadas, hundidos los ojos y las sienes, la frente ancha y torva, pocos cabellos y completamente calvo en la parte superior de la cabeza; las restantes partes del cuerpo cubiertas de vello. Por esta razón, era considerado como delito capital mirarle desde un lugar elevado cuando transitaba por las calles, o pronunciar simplemente y por el motivo que fuere la palabra 'cabra'. Calígula procuraba adrede que su rostro, ya de por sí siniestro y feroz, inspirara el máximo terror y espanto, y para lograrlo lo retocaba delante del espejo. No gozaba de buena salud ni de cuerpo ni de espíritu. De niño 2
sufría ataques de epilepsia, ya adolescente, si bien soportaba la fatiga, no obstante, de vez en cuando sufría súbitos desvanecimientos y en tales casos a duras penas podía caminar, sostenerse en pie, volver en sí y dominarse. Él mismo se había dado cuenta de su desequilibrio mental y más de una vez había pensado en la conveniencia de aislarse y someterse a un tratamiento. Se cree que su esposa Cesonia le había dado a beber un filtro amoroso y que este filtro había hecho de él un vesánico.[1] Le aquejaba particularmente 3
un tenaz insomnio, pues a lo sumo dormía unas tres horas duran-

[1] Cf. Ivv. 6, 616.

ne iis quidem placida quiete, sed pauida miris rerum imaginibus, ut qui inter ceteras pelagi quondam speciem conloquentem secum uidere uisus sit. Ideoque magna parte noctis uigiliae cubandique taedio nunc toro residens, nunc per longissimas porticus uagus inuocare identidem atque expectare lucem consuerat.

51 Non inmerito mentis ualitudini attribuerim diuersissima in eodem uitia, summan confidentiam et contra nimium metum. Nam qui deos tanto opere contemneret, ad minima tonitrua et fulgura coniuere, caput obuoluere, ad uero maiora proripere se e strato sub lectumque condere solebat. Peregrinatione quidem Siciliensi irrisis multum locorum miraculis repente a Messana noctu profu-
2 git Aetnaei uerticis fumo ac murmure pauefactus. Aduersus barbaros quoque minacissimus, cum trans Rhenum inter angustias densumque agmen iter essedo faceret, dicente quodam non mediocrem fore consternationen sicunde hostis appareat, equum ilico conscendit ac propere reuersus ad pontes, ut eos calonibus et impedimentis stipatos repperit, impatiens morae per manus ac
3 super capita hominum translatus est. Mox etiam audita rebellione Germaniae fugam et subsidia fugae classes apparabat, uno solacio adquiescens, transmarinas certe sibi superfuturas prouincias, si uictores Alpium iuga, ut Cimbri, uel etiam urbem, ut Senones

---

3 cubandique] cubandi quoque **a** *AB* • **5** consuerat] consueuerat *MTB*

51 **9** ad (at *G a. corr. OT*) uero maiora *GO* **b**′ *Preud'homme* : at (ad *M*) uero maiore *MLPA Roth* ad maiora uero *HN recc.* at uero ad maiora *Heinsius (cf. Hermes 40, p. 185)* • **10** condere] concedere *M (sed litt.* ce *expunctae)* • **11** multum] multorum *(litt.* or *expunctae in G m. 1) GT uulg.* • **16** propere reuersus *Bentley Ihm Ailloud* : propere uersus *codd.* • **19** apparabat] apparebat *MQ (a. corr.)*

te la noche; pero ni siquiera durante estas horas disfrutaba de un sueño tranquilo, sino agitado por unas extrañas visiones; así, por ejemplo, le pareció una vez ver en sueños el espíritu del mar que dialogaba con él. Por este motivo, hastiado de permanecer en cama sin poder dormir, acostumbraba a pasar buena parte de la noche sentado en cama o vagando por el interminable pórtico ⟨de palacio⟩ invocando continuamente y esperando el alba.

Creo que con fundamento podría achacar este desequilibrio **51**
mental a la confluencia en Calígula de dos defectos de índole totalmente opuesta, como eran la excesiva confianza en sí mismo y un miedo excesivo. En efecto, un hombre como él, que mostraba tanto desprecio para con los dioses, al más pequeño trueno y relámpago cerraba los ojos y se cubría la cabeza, y si la intensidad de éstos arreciaba, solía saltar de la cama y esconderse debajo de ella. Durante un viaje a Sicilia prodigó sus burlas y sarcasmos a las supersticiones locales, pero por la noche huyó precipitadamente de Mesina, asustado por el humo y el ruido del cráter del Etna.
A pesar de sus bravatas contra los bárbaros, en una ocasión en que 2
viajaba de noche por el otro lado del Rin, a lo largo de un angosto desfiladero con el ejército apiñado a su alrededor, como un soldado dijera que si el enemigo se dejaba ver por algún lugar, se iba a producir una confusión terrible, se precipitó de un salto sobre un caballo y regresó a galope tendido a los puentes; pero, habiéndolos hallado obstruidos por los bagajes y cantineros y no pudiendo soportar la espera, se hizo transportar de mano en mano por encima de la cabeza de los soldados. Asimismo, poco después, informado 3
de que se había producido un levantamiento en Germania, tomó en seguida las medidas pertinentes para huir y preparó naves para ponerse a salvo y la única consideración que le tranquilizaba era pensar que le quedaban, como último recurso, las provincias de allende el mar, si los germanos vencedores ocupaban las cumbres

quondam, occuparent; unde credo percussoribus eius postea consilium natum apud tumultuantes milites ementiendi, ipsum sibi manus intulisse nuntio malae pugnae perterritum.

52 Vestitu calciatuque et cetero habitu neque patrio neque ciuili, ac ne uirili quidem ac denique humano semper usus est. Saepe depictas gemmatasque indutus paenulas, manuleatus et armillatus in publicum processit, aliquando sericatus et cycladatus, ac modo in crepidis uel coturnis, modo in speculatoria caliga, nonnumquam socco muliebri; plerumque uero aurea barba, fulmen tenens aut fuscinam aut caduceum deorum insignia, atque etiam Veneris cultu conspectus est. Triumphalem quidem ornatum etiam ante expeditionem assidue gestauit, interdum et Magni Alexandri thoracem repetitum e conditorio eius.

53 Ex disciplinis liberalibus minimum eruditioni, eloquentiae plurimum attendit, quantumuis facundus et promptus, utique si perorandum in aliquem esset. Irato et uerba et sententiae suppetebant, pronuntiatio quoque et uox, ut neque eodem loci prae ardore consisteret et exaudiretur a procul stantibus. Peroraturus stricturum se lucubrationis suae telum minabatur, lenius, comptiusque scribendi

---

1 occuparent] caperent **a** *AB*

52 10 fuscinam] fiscinam *MGS (a. corr.)* • deorum insignia *deleuit Bentley*

53 17 eodem loci] eodem loco *GTB*

de los Alpes, como los Cimbrios, o la propia Roma, como antaño los Senones. De ahí, a mi entender, que más tarde sus asesinos propalasen entre los soldados, que se mostraban muy soliviantados, la especie de que se había asesinado atemorizado ante la noticia de una derrota.

52 En la forma de vestirse, calzarse y emperifollarse no se atuvo nunca a las normas habituales en su país o entre sus conciudadanos, así como tampoco a las propias de su sexo ni a las observadas incluso por los simples mortales. Se presentaba con frecuencia en público con túnicas bordadas y cuajadas de pedrería, con largas mangas y brazaletes; a veces con vestidos de seda y con trajes de gala propios de las mujeres; calzaba ora sandalias o coturnos, ora botas militares o zuecos de mujer. Casi siempre se mostraba con una barba de oro y sosteniendo en la mano un rayo, un tridente o un caduceo, insignias éstas de los dioses, incluso en alguna ocasión con el atuendo de Venus. Llevaba frecuentemente el traje de los generales galardonados con los honores del triunfo, incluso antes de su expedición,[1] y a veces hasta la coraza de Alejandro el Magno, que había hecho exhumar de la tumba de este monarca.

53 Por lo que atañe a los estudios literarios, prestaba poca atención a la literatura, mucha en cambio a la retórica; pues era hombre muy elocuente y de palabra fácil, especialmente si era preciso pronunciar una invectiva contra alguien. Cuando la ira le dominaba, acudían siempre a su espíritu las palabras e ideas adecuadas, no le faltaba tampoco la dicción ni la voz, en forma tal que a causa de su excitación no permanecía quieto en el mismo sitio y podía hacerse oír incluso de los que estaban lejos. Al disponerse 2 a pronunciar un discurso decía con voz amenazadora que iba a desenvainar la espada de sus elucubraciones nocturnas; y despre-

[1] Alusión a una expedición contra los germanos. Cf. cap. 43 sqq.

genus adeo contemnens, ut Senecam tum maxime placentem 'commissiones meras' componere et 'harenam esse sine calce' diceret. Solebat etiam prosperis oratorum actionibus rescribere et magnorum in senatu reorum accusationes defensionesque meditari ac, prout stilus cesserat, uel onerare sententia sua quemque uel subleuare, equestri quoque ordine ad audiendum inuitato per edicta.

54 Sed et aliorum generum artes studiosissime et diuersissimas exercuit. Thraex et auriga, idem cantor atque saltator, battuebat pugnatoriis armis, aurigabat exstructo plurifariam circo; canendi ac saltandi uoluptate ita efferebatur, ut ne publicis quidem spectaculis temperaret quo minus et tragoedo pronuntianti concineret et gestum histrionis quasi laudans uel corrigens palam effingeret. 2 Nec alia de causa uidetur eo die, quo periit, peruigilium indixisse quam ut initium in scaenam prodeundi licentia temporis auspicaretur. Saltabat autem nonnumquam etiam noctu; et quondam tres consulares secunda uigilia in Palatium accitos multaque et extrema metuentis super pulpitum conlocauit, deinde repente magno tibiarum et scabellorum crepitu cum palla tunicaque talari prosi-

---

54 7 aliorum] aliarum *ML (a. corr.) PQA* • 8 Thraex] thrax (tr- *GST*) *codd.* Threx *Torrentius (cf. supra 35, 2)* • 14 scaenam **b** *G²AB* : scaena *cett.* • 17 deinde *MTB* : dein *cett.* 18/1 *(p. 131)* prosiluit] prosiliuit *LS²T*

ciaba tanto el estilo excesivamente muelle y afectado que decía de Séneca, el escritor más en boga en aquel entonces, que componía «simples ejercicios escolares» y «que eran como arena sin cal». Solía también rebatir por escrito los discursos coronados por el éxito de los oradores y preparaba acusaciones y defensas de los personajes ilustres, cuyas causas se verían en el senado y, según como se le daba el estilo, atacaba o defendía a los encartados con su autoridad y en tales ocasiones invitaba por un edicto al estamento ecuestre a que acudiera a oírle.

54 Pero también cultivó con extraordinario celo otras artes muy diversas y de índole heterogénea, sucesivamente gladiador a la usanza tracia y auriga, cantante y bailarín, practicaba la esgrima con armas de ordenanza y actuaba como auriga en circos construidos en diversos lugares. Hasta tal extremo le dominaba la pasión por el canto y el baile, que ni siquiera durante los espectáculos públicos lograba estarse quieto y dejar de remedar con la voz al actor trágico mientras recitaba, ni de imitar con sus ademanes, a la vista de todos, los gestos del histrión, mostrando así su complacencia o disgusto. Parece ser que el día en que fue asesinado, había 2 ordenado la celebración de una fiesta nocturna con la sola finalidad de hacer su primera aparición en la escena al amparo de la relajación propia de la noche. A veces se le ocurría bailar en plena noche, y en una ocasión hizo llamar a palacio a altas horas de la noche [1] a tres ex cónsules, los cuales llegaron poseídos de un miedo cerval y esperando lo peor, pero Calígula ordenó que se aposentaran en un palco y de súbito irrumpió en la escena en medio de un gran estrépito de flautas y zuecos, cubierto con un manto de mujer y una túnica que le llegaba hasta los pies y, después de haber eje-

[1] En el texto se lee *secunda vigilia*, pero teniendo en cuenta que los romanos dividían la noche en cuatro vigilias, evidentemente la hora indicada por Suetonio corresponde aproximadamente a la media noche.

luit ac desaltato cantico abiit. Atque hic tam docilis ad cetera natare nesciit.

55 Quorum uero studio teneretur, omnibus ad insaniam fauit. Mnesterem pantomimum etiam inter spectacula esculabatur, ac si qui saltante eo uel leuiter obstreperet, detrahi iussum manu sua flagellabat. Equiti R(omano) tumultuanti per centurionem denuntiauit, abiret sine mora Ostiam perferretque ad Ptolemaeum regem in Mauretaniam codicillos suos; quorum exemplum erat: «Ei 2 quem istoc misi, neque boni quicquam neque mali feceris». Thraeces quosdam Germanis corporis custodibus praeposuit. Myrmillonum armaturas recidit. Columbo uictori, leuiter tamen saucio, uenenum in plagam addidit, quod ex eo Columbinum appellauit; sic certe inter alia uenena scriptum ab eo repertum est. Prasinae factioni ita addictus et deditus, ut cenaret in stabulo assidue et maneret, agitatori Eutycho comisatione quadam in apophoretis 3 uicies sestertium contulit. Incitato equo, cuius causa pridie circenses, ne inquietaretur, uiciniae silentium per milites indicere solebat, praeter equile marmoreum et praesaepe eburneum praeterque

---

2 nesciit] nescit *LPA*

55 **4** Mnesterem] mnesther *M* Mnestera *Bentley* • **7** abiret] ut abiret *L* • **8** Mauretaniam] mauritaniam *codd.* • **9/10** Thraeces] threces (tre- **a** II) *codd.* • **10** Germanis] germani *MGLAB* • **15** Eutycho] euthico (ey-, cy-, ei- *codd. praeter M*) *codd.* Εὔτυχος Ioseph. *ant. Iud. XIX, 4, 4* • **18** eburneum] ebureum *MGL (a. corr.) PTB*

cutado una pantomima, desapareció. Es curioso que este hombre que tan fácilmente aprendía todas las artes no supiera nadar.

55 Prodigó su favor a todos aquellos que le caían en gracia hasta extremos que rayaban con la locura. Incluso en las representaciones besaba a Mnéster,[1] actor de pantomimas, y si alguien, mientras él danzaba, hacía el más leve ruido, ordenaba al punto que lo sacasen de la sala y le pegaba con sus propias manos. En una ocasión en que un caballero romano no guardaba el debido comedimiento, le transmitió, por medio de un centurión, la orden de partir sin demora hacia Ostia y de entregar a Ptolomeo, rey de Mauritania, una carta que rezaba como sigue: «No trates ni bien ni mal al portador de la presente». Puso al frente de su guardia germana a al- 2
gunos gladiadores tracios. Aligeró la armadura de los mirmilones.[2] En una ocasión ordenó echar veneno en la herida ⟨de un mirmilón⟩ llamado Columbo, que había salido vencedor de un combate, aunque ligeramente herido, y a partir de entonces llamó a este veneno 'columbino'; lo cierto es que fue hallado entre los otros venenos uno con una etiqueta escrita por su propia mano que llevaba este nombre. Hasta tal extremo era partidario e hincha del equipo de los verdes,[3] que a menudo cenaba en las caballerizas de éstos y permanecía largo tiempo departiendo con ellos; y precisamente en una de estas comidas agració al auriga Eutico con dos millones de sestercios en concepto de obsequio de sobremesa. En las vísperas 3
de las carreras solía ordenar al vecindario, por medio de sus soldados, que guardasen silencio absoluto, para que no se sobresaltara

1 Cf. cap. 36, 1.

2 Especie de gladiadores que debían combatir contra un tracio o un reciario. Llevaban un yelmo gálico y sobre él una cimera con la figura de un pez. Calígula era hostil a ellos, y por este motivo reduce su armadura para que luchen en desventaja con sus rivales.

3 Los aurigas del circo se distribuían en cuatro equipos: los verdes, los blancos, los azules y los rojos.

purpurea tegumenta ac monilia e gemmis domum etiam et familiam et supellectilem dedit, quo lautius nomine eius inuitati acciperentur; consulatum quoque traditur destinasse.

56 Ita bacchantem atque grassantem non defuit plerisque animus adoriri. Sed una ⟨atque⟩ altera conspiratione detecta aliis per inopiam occasionis cunctantibus, duo consilium communicauerunt perfeceruntque, non sine conscientia potentissimorum libertorum praefectorumque praetori, quod ipsi quoque etsi falso in quadam coniuratione quasi participes nominati, suspectos tamen se et inuisos sentiebant. Nam et statim seductis magnam fecit inuidiam destricto gladio affirmans sponte se periturum, si et illis morte dignus uideretur, nec cessauit ex eo criminari alterum alteri atque inter
2 se omnis committere. Cum placuisset Palatinis ludis spectaculo egressum meridie adgredi, primas sibi partes Cassius Chaerea tribunus cohortis praetoriae depoposcit, quem Gaius seniorem iam et mollem et effeminatum denotare omni probro consuerat et modo signum petenti 'Priapum' aut 'Venerem' dare, modo ex aliqua causa agenti gratias osculandam manum offerre formatam commotamque in obscenum modum.

---

1 monilia e gemmis] monilia gemmas **a** *RB* monile e gemmis ΠQ

56 **5** atque altera *Ihm (cf. Hermes 40, p. 182)* : altera *M* alteraque **a** *RAB Roth Preud'homme Ailloud* et altera GΠQ • **6** duo ΠQ*TB* : duae *cett. codd.* • **11-12** dignus — nec cessauit] dignos — necessauit *M*

su caballo *Incitatus*[1] y, por si fuera poco, donó a dicho caballo, además de una caballeriza de mármol y un pesebre de marfil, además de mantas de púrpura y guarniciones de perlas, una residencia y un ajuar para que los invitados, en nombre del caballo, fuesen recibidos más fastuosamente. Se dice que incluso había pensado nombrarle cónsul.

56 Mientras así desvariaba y procedía, no faltó a muchos el coraje de acabar con él. Mas, descubierta la primera y la segunda conjuración, mientras otros vacilaban por no encontrar una ocasión propicia, dos ciudadanos se pusieron de acuerdo y llevaron a cabo su proyecto con la complicidad de los libertos más influyentes ⟨de Calígula⟩ y los prefectos del pretorio; pues también ellos, aunque sin fundamento, habían sido inculpados de participar en una conjuración y se daban cuenta de que Calígula recelaba de ellos y les detestaba. En efecto, éste se granjeó su odio al llamarles inmediatamente aparte y decirles, con la espada desenvainada, que estaba dispuesto a quitarse voluntariamente la vida si también ellos le juzgaban digno de morir; y a partir de aquel momento no cesó de calumniar a los unos cerca de los otros y de sembrar la discordia entre todos ellos. Acordaron asesinarle a mediodía durante los 2
juegos palatinos,[2] a la salida de dicho espectáculo. Casio Querea, tribuno de una cohorte pretoriana, reclamó para sí el primer papel, pues Gayo acostumbraba a prodigar contra él, a pesar de su edad avanzada, toda clase de insultos y le tachaba de blando y afeminado, y así, a menudo, cuando le pedía el santo y seña le respondía 'Príapo' o 'Venus', y en una ocasión, en que pretendía darle las gracias por una merced, le alargó la mano para que la besara configurándola y moviéndola en forma obscena.

---

1 Equivale esta palabra a 'flecha', 'saeta'.

2 Instituidos por Livia a la muerte de Augusto.

57 Futurae caedis multa prodigia extiterunt. Olympiae simulacrum Iouis, quod dissolui transferrique Romam placuerat, tantum cachinnum repente edidit, ut machinis labefactis opifices diffugerint; superuenitque ilico quidam Cassius nomine, iussum se somnio af-
2 firmans immolare taurum Ioui. Capitolium Capuae Id. Mar⟨t.⟩ de caelo tactum est, item Romae cella Palatini atriensis. Nec defuerunt qui coniectarent altero ostento periculum a custodibus domino portendi, altero caedem rursus insignem, qualis eodem die facta quondam fuisset. Consulenti quoque de genitura sua Sulla mathe-
3 maticus certissimam necem appropinquare affirmauit. Monuerunt et Fortunae Antiatinae, ut a Cassio caueret; qua causa ille Cassium Longinum Asiae tum proconsulem occidendum delegauerat, inmemor Chaeream Cassium nominari. Pridie quam periret, somniauit consistere se in caelo iuxta solium Iouis impulsumque ab eo dextri pedis pollice et in terras praecipitatum. Prodigiorum loco habita
4 sunt etiam, quae forte illo ipso die paulo prius acciderant. Sacrificans respersus est phoenicopteri sanguine; et pantomimus Mnester tragoediam saltauit, quam olim Neoptolemus tragoedus ludis, quibus rex Macedonum Philippus occisus est, egerat; et cum in Lau-

---

57 **3** edidit] dedit *M* • **6** cella] cellam *M* • **8** eodem die] eadem die **a** *AB* • **18** Neoptolemus] neoptolomeus *M* neptolemus **b**

57 Muchos prodigios anunciaron la inminencia de su muerte. La estatua de Júpiter de Olimpia, que Calígula había ordenado desmontar y trasladar a Roma,[1] profirió de súbito una carcajada tan estruendosa que los andamios se vinieron abajo y los obreros escaparon a la desbandada; al poco se presentó allí un individuo llamado Casio[2] diciendo que en sueños había recibido la orden de
2 sacrificar un toro a Júpiter. En los idus de marzo[3] un rayo cayó sobre el Capitolio de Capua y otro en Roma, en la vivienda del guardián del palacio. Hubo quienes conjeturaron que el primer prodigio anunciaba al emperador un peligro procedente de su guardia y que el segundo vaticinaba un segundo magnicidio, parecido al que había sido perpetrado antaño aquel mismo día.[4] El astrólogo Sula, consultado por Calígula sobre su horóscopo, afirmó que se le
3 aproximaba inexorablemente una muerte violenta. También los oráculos del templo de la Fortuna en Ancio le advirtieron que se guardara de Casio y por este motivo transmitió la orden de matar a Casio Longino, a la sazón gobernador de Asia, sin acordarse de que Querea se llamaba también Casio. La víspera del día en que fue asesinado, soñó que se hallaba en el cielo junto al trono de Júpiter y que éste le había rechazado con el pulgar de su pie derecho y precipitado a la tierra. Fueron considerados también como prodigios algunos hechos ocurridos casualmente poco antes ⟨de su
4 asesinato⟩. Durante un sacrificio le alcanzaron las salpicaduras de sangre de un flamenco y el actor de pantomimas Mnéster interpretó la misma tragedia[5] que antaño había representado el actor trágico Neoptolemo durante los juegos en los que halló la muerte

---

1 Cf. cap. 22, 2.

2 Éste era el nombre de uno de los asesinos de Julio César.

3 El 15 de marzo, aniversario del asesinato de César.

4 O sea el asesinato de César.

5 Se titulaba Ciniras y su argumento lo recoge Ovidio en sus Metamorfosis 10, 298 sqq.

reolo mimo, in quo actor proripiens se ruina sanguinem uomit, plures secundarum certatim experimentum artis darent, cruore scaena abundauit. Parabatur et in noctem spectaculum, quo argumenta inferorum per Aegyptios et Aethiopas explicarentur.

58 VIIII Kal. Febr. hora fere septima, cunctatus an ad prandium surgeret marcente adhuc stomacho pridiani cibi onere, tandem suadentibus amicis egressus est. Cum in crypta, per quam transeundum erat, pueri nobiles ex Asia ad edendas in scaena operas euocati praepararentur, ut eos inspiceret hortareturque restitit, ac nisi princeps gregis algere se diceret, redire ac repraesentare spectaculum
2 uoluit. Duplex dehinc fama est: alii tradunt adloquenti pueros a tergo Chaeream ceruicem gladio caesim grauiter percussisse praemissa uoce: «Hoc age!», dehinc Cornelium Sabinum, alterum e

---

1 actor *recc.* : auctor *codd.* • se ruina] e ruina *R* se e ruina *Torrentius* • uomit ΠQ : uomitu *MG* uomit ut *LOR* uonouit ut *P sed litt.* no *s. scr.* uomuit ut *ST*

58 **7** crypta] cripta **b** cryptam (cri- *GPST*) *cett.* • **10-11** repraesentare — Duplex] praesentare — deplex *M* • **12** Chaeream] cherean *MΠ*

Filipo, rey de los macedones; además, durante la representación de un mimo intitulado Laureolo,[1] en el curso del cual el primer actor vomitó sangre por haberse precipitado de lo alto de un edificio que se derrumbaba, muchos otros actores de segunda fila lo imitaron también a porfía para dar así una muestra de su habilidad, con lo cual el escenario resultó anegado en sangre. Se preparaba también para la noche un espectáculo en el que actores egipcios y etíopes debían representar escenas que tenían los infiernos como escenario.

El nueve de las calendas[2] de febrero, cerca de la hora[3] séptima, vacilaba Calígula si levantarse para ir a comer, pues experimentaba todavía una pesadez de estómago, provocada por los excesos de la comida del día anterior; a la postre, no obstante, cediendo a los consejos de sus amigos, salió de su habitación. Tenía que pasar por una galería en la que ensayaban unos muchachos de noble linaje a los que había hecho venir expresamente de Asia para tomar parte en una representación escénica; se detuvo, pues, ⟨al pasar cerca de ellos⟩ para verlos actuar y para exhortarlos y, si el jefe del grupo no hubiera dicho que se sentía indispuesto, hubiese vuelto de buen grado sobre sus pasos y exigido la inmediata representación de la obra. A partir de este momento existe una doble versión de los hechos. Algunos dicen que, mientras exhortaba a los ya citados muchachos, Querea, que estaba a su espalda, le hirió en la cerviz, al mismo tiempo que decía: «¡Hiérele!»,[4] y

58

2

1 Éste mimo estaba inspirado en las hazañas de un famoso salteador así llamado.

2 El 24 de enero del año 41.

3 Aproximadamente a la una de la tarde.

4 Las palabras del texto son: *hoc age,* o sea, 'haz esto'. Estas palabras forman parte del ritual de los sacrificios. El que iba a inmolar la víctima decía: *agone?*, '¿hago esto?', a lo que contestaba el sacerdote: *hoc age,* o sea, 'haz esto', lo que equivale a 'mátale'. En este caso Querea se exhorta a sí mismo.

coniuratis, tribunum ex aduerso traiecisse pectus; alii Sabinum, summota per conscios centuriones turba, signum more militiae petisse et, Gaio «Iouem» dante, Chaeream exclamasse: «Accipe
3 ratum!» respicientique maxillam ictu discidisse. Iacentem contractisque membris clamitantem se uiuere ceteri uulneribus triginta confecerunt; nam signum erat omnium: «Repete!». Quidam etiam per obscena ferrum adegerunt. Ad primum tumultum lecticari cum asseribus in auxilium accucurrerunt, mox Germani corporis custodes, ac nonnullos ex percussoribus, quosdam etiam senatores innoxios interemerunt.

59 Vixit annis uiginti nouem, imperauit triennio et decem mensibus diebusque octo. Cadauer eius clam in hortos Lamianos asportatum et tumultuario rogo semiambustum leui caespite obrutum est, postea per sorores ab exilio reuersas erutum et crematum sepultumque. Satis constat, prius quam id fieret, hortorum custodes umbris inquietatos; in ea quoque domo, in qua occubuerit, nullam noctem sine aliquo terrore transactam, donec ipsa domus incendio consumpta sit. Perit una et uxor Caesonia gladio a centurione confossa et filia parieti inlisa.

---

4 ratum (reatum *L*) *codd.* : iratum *A Lipsius* • **7** ad] at *M* • tumultum] tumultus *M (a. corr.)* • **8** accucurrerunt] accurrerunt *RL(a. corr.)P²T* occurrerunt *ΠQP(a. corr.) B*

59 **12** octo] VIII **a b** VII *G* • **17** terrore] errore *MΠ (a. corr.) Q* horrore *G* • **18** perit] periit *G* **b'**

que inmediatamente el tribuno Cornelio Sabino, el segundo conjurado, apostado en frente, le atravesó el pecho; otros afirman que Sabino, después de haber hecho alejar a la multitud por medio de centuriones, cómplices también de la conjuración, le pidió, como es costumbre en el ejército, el santo y seña y que al responder Gayo «Júpiter», Querea exclamó: «¡Recibe lo acordado!»,[1] y como se volviera Calígula para mirarle, le hendió de un tajo la mandíbula. Caído al suelo, contrajo sus miembros mientras 3
gritaba: «¡Aún vivo!», pero los restantes conjurados lo remataron con treinta heridas, pues la consigna de todos los conjurados era: «¡Hiérele de nuevo!». Algunos incluso le hundieron sus espadas en los órganos genitales. Al producirse la primera señal de alarma acudieron en su ayuda los portadores de su litera armados de estacas, luego los germanos de su guardia personal y dieron muerte a algunos de los que habían perpetrado el asesinato, así como también a unos cuantos senadores ajenos por completo al atentado.

Calígula vivió veintinueve años y reinó durante tres años, diez **59**
meses y ocho días. Su cadáver fue transportado clandestinamente a los jardines de Lamia,[2] en donde lo quemaron a medias en una pira improvisada y le echaron encima un poco de césped. Más tarde, sus hermanas, al regresar del destierro, lo exhumaron y, después de completar su incineración, le dieron sepultura. Es cosa bien sabida que, antes de hacerse esto, los fantasmas inquietaban a los guardianes de los jardines y que no transcurría ninguna noche sin que se produjera algún sobresalto en la casa donde fue asesinado, y a la postre la propia casa fue pasto de las llamas. Perecieron con él su mujer Cesonia, a la que un centurión atravesó con su espada, y su hija, a la que estrellaron contra una pared.

---

1 Algunos críticos proponen modificar el texto sustituyendo *ratum* por *iratum*. En este caso el significado de la frase sería «¡Recíbelo airado!».

2 Estos jardines estaban situados cerca de los de Mecenas.

60 Condicionem temporum illorum etiam per haec aestimare quiuis possit. Nam neque caede uulgata statim creditum est, fuitque suspicio ab ipso Gaio famam caedis simulatam et emissam, ut eo pacto hominum erga se mentes deprehenderet; neque coniurati cuiquam imperium destinauerunt; et senatus in asserenda libertate adeo consensit, ut consules primo non in curiam, quia Iulia uocabatur, sed in Capitolium conuocarent, quidam uero sententiae loco abolendam Caesarum memoriam ac diruenda templa censuerint. Obseruatum autem notatumque est in primis Caesares omnes, quibus Gai praenomen fuerit, ferro perisse, iam inde ab eo, qui Cinnanis temporibus sit occisus.

60 **7** conuocarent] conuocarint *Oudendorpius* • **8** censuerint] censuerunt (consul- *T*) **a** censerent *Ernesti*

Para formarse una idea de la condición de aquellos tiempos bastará con que el lector se detenga a considerar los siguientes hechos. Cuando se divulgó la noticia de su muerte, nadie le prestó crédito de buenas a primeras y cundió entre todos la sospecha de que la noticia había sido amañada y preparada por el propio Gayo para así averiguar lo que la gente pensaba de él; por otra parte, tampoco los conjurados habían tomado la precaución de pensar en nadie para sucederle en el poder y, a su vez, el senado se mostró tan unánime en su afán de restablecer la libertad que los cónsules convocaron la primera reunión, no en la curia, por ser conocida con el nombre de curia Julia,[1] sino en el Capitolio; incluso algunos senadores, al exponer su parecer, propusieron que se aboliera el recuerdo de los césares y que derribaran los templos levantados en su honor. Se observó y se comentó mucho que todos los césares a quienes se había impuesto el pronombre de Gayo habían perecido de muerte violenta y ello a partir de aquél[2] que fue asesinado en la época de Cina. 60



1 Julio César la había hecho construir y por esto llevaba su nombre.
2 Alusión a Gayo Julio César Estrabón. Murió durante las proscripciones ordenadas por Mario en el año 87 a. C.

SE ACABÓ DE IMPRIMIR
ESTA EDICIÓN, EN LOS TALLERES
DE EUROPA ARTES GRÁFICAS, S. A.
DE SALAMANCA EN EL MES
DE NOVIEMBRE DE 1991